Multis cñ modis eadem res suscipit diuersis considerationib cõtraria: quod in actione sepe cõtingit: vt in percussione. Percussio nãq z agentis est z patientis: vnde z actio dici z passio potest: cũ quis fm ipsum nomen actio vel percussio: z que similiter dicta a passiuis in actiua significatione dicunt: magis videant esse patientis q̃ agentis Quippe fm id quod agit: magis ꝓprie videtur dici agentia vel percutientia. z fm id quod patitur actio vel percussio. Haz agentia z percutientia ab agente z percutiente dicuntur: sicut prouidentia a prouidente: z continentia a continente: que scilicet agens z percutiens: prouidens z cõtinens actiua sunt: actio vero z percussio ab acto z percusso que passiua sunt deriuant. Sed quoniã vt in vno dicã quod in ceteris intelligas: sicut percutiens nõ est sine percusso: nec percussus absq̃ percutiente: ita percutientia z percussio sine inuicem esse nequeũt: imo vna z eadem res est diuersis noibus fm diuersas partes significata: idcirco ꝓcussio z percutientis z percussi esse dicitur. Quapropter fm q̃ agens vel patiens eidem subiacẽt iudicio vel contrarijs: ipa quoq̃ actio ex vtraq̃ parte similiter iudicabitur aut cõtrarie. Cum ergo z qui percutit recte percutit: z qui percutitur recte percutitur. vt cum peccans ab eo ad quẽ pertinet corrigitur: ex vtraq̃ parte recta est: quia ex vtraq̃ parte debet esse percussio. Ecõtrario quando ab iniquo iustus percutitur: quia nec iste percuti: nec ille percutere debet: ex vtraq̃ parte non recta est: quia ex nauira parte debet esse percussio. Cũ vero peccans ab eo ad quem nõ pertinet percutitur: quoniã z iste debet percuti: z ille nõ debet percutere: debet z nõ debet esse percussio: z ideo recta z non recta negari nõ potest. Quod si ad superne sapientie bonitatisq̃ consideres iudicium: siue ex altera tm̃: siue ex vtraq̃ parte: agẽtis scz z patientis nõ debeat esse percussio: quis audebit negare debere esse quod tãta bonitate z sapientia permittit? D ¶ Neget qui audet: ego vero nõ audeo W Quid etiam si fm naturã rerum consideres: vt cum claui ferrei impssi sunt in corpus dñi: an dices fragilem carnem non debuisse pentrari: aut acuto ferro penetratam nõ debuisse dolere? D ¶ Contra naturaz dicerem. W ¶ Potest igitur contingere vt debeat esse fm naturaz actio vel passio: que fm agentem vel patientem esse nõ debet: quoniã nec ille agere nec iste debet pati. D ¶ Nihil hoz negare possum. W ¶ Vides igitur se pissime posse contingere vt eadem actio debeat esse z non debeat esse: diuersis cõsiderationibus. D ¶ Ita a parte hoc ostendis vt non possim nõ videre. W ¶ Vnum inter hec te scire volo: quia debere z non debere aliquando dicitur impropzie: vt cum dico quia debeo amari a te. Si enim debeo vere debitor sum reddere quod debeo: z in culpa sum si non amor a te. D ¶ Ita sequitur. W Sed cum debeo amari a te: non est a me exigenduz: sed a te. D ¶ Fateri me ita oportet. W ¶ Cum ergo esse dico qz debeo amari a te: non ita dicit quasi ego debeam: sed quia tu debes amare me. Similiter cũ dico: quia nõ debeo amari a te: nõ aliud intelligitur: q̃ quia tu non debes amare me. Qui modus loquendi est etiam in potentia z in ipotentia: vt cũ dicit. Hector potuit vinci ab achille: et achilles nõ potuit vinci ab hectore. Nõ enim fuit potentia in illo qui potuit vinci: sz in illo qui vincere potuit: nec impotentia in illo qui vinci nõ potuit: sed in illo qui vincere non potuit. D ¶ Placet mihi quod dicis. Quippe vtile puto

hoc cognoscere.

De latitudine veritatis.

Capitulum. X.

Recte putas: sz redeamus ad veritatem significationis a q̃ ideo incepi vt te a notioribus ad ignotiora perducerem. Omnes enim de veritate significationis loquunt: veritatem vero que est in rerũ essentia pauci considerant. D Profuit mihi quia hoc ordine me duxisti. M Videamus ergo q̃ lata sit veritas significatõis Hanc nou solum in his que signa solemus dicere: sed ⁊ in alijs omibus que dixim̃us est significatio vera vl falsa. Quotiã nãq̃ nõ est ab aliquo faciendum nisi quod quis debet facere: eoipso q̃ aliquis aliquid facit: dicit: ⁊ significat hoc se debere facere: quod si debet facere quod facit verũ dicit: si autem nõ debet: mentit. D Quamis videar mihi intelligere: tamen quod mihi inauditũ hactenus fuit: apertius ostende quod dicis. M Si esses in loco vbi scires esse salubres herbas ⁊ mortiferas: sed nescires eas discernere: ⁊ esset ibi aliquis de quo nõ dubitares: q̃n illas discernere sciret: tibiq̃ interroganti: que salubres esseut ⁊ q̃ mortifere: alias vero salubres diceret esse: alias comederet: cui magis crederes: verbo an acriõi eius? D Non tantũ crederem verbo quantũ operi. M Plus ergo tibi diceret que salubres essent opere q̃ verbo. D Ita est. M Sic itaq̃ si nescires nõ esse mentiendũ: ⁊ mẽtiretur aliquis coram te: etiam si diceret tibi ipse se nõ debere mentiri: plus ipse ei tibi diceret opere se mentiri debere q̃ verbo nõ debere. Similiter dũ cogitat aliquis aliquid: aut vult aliquid si nescires n deberet id velle: siue cogitare: si volũtatem eius ⁊ cogitationem videres: significaret tibi in ipso opere: quia hoc deberet cogitare ⁊ velle. Quod si ita deberet: verum diceret: sinautẽ mentiret. In re quoq̃ existentia est similiter vera vel falsa significatio: quomã eoipso quia est: dicit se debere esse. D Video nunc apte qõ hactenus nõ animaduerti.

De summa veritate.

Capitulum. XI.

Progrediamur ad ea que restant. D Precede ⁊ sequar. M Sũmã autem veritatẽ nõ negabis esse rectitudinẽ? D Immo nihil aliud illam posum fateri. M Considera: quia omnes supradicte rectitudines ideo sunt rectitudines: quia illa in q̃ bus sunt aut sunt: aut faciunt quod debent: sũma veritas nõ ideo est rectitudo quia debet aliquid. Omnia eim̃ illi debent aliquid: ipsa vero nulli quicq̃ debet: nec vlla ratione est quod est nisi quia ẽ. D Intelligo. M Vides etiam quõ ista rectitudo causa sit oim̃ aliarum veritatum ⁊ rectitudinũ: ⁊ nihil sit causa illius. D Video ⁊ animaduerto in alijs quasdam esse tantũ effecta: quasdam vero esse causas ⁊ effecta: vt cũ veritas que est in rerum existentia sit effectũ sũme veritatis. ipa quoq̃ causa est veritatis que cogitationis est: ⁊ eius qui est in ꝓpositione: ⁊ iste due veritates nullius sunt causa veritatis. M Benè consideras: vnde iam intelligere potes: quõ summã veritatẽ in meo monologion pbaui nõ habere pncipium vel finem p veritatem orationis. Cum eim̃ dixi quando nõ fuit verum: quia futurum erat aliquid: non ita dixi ac si absq̃ pncipio ista oratio fuisset que assereret futurũ aliquid esse: aut ista veritas esset deus: sed quoniã non potest intelligi quãdo oratio ista esset veritas illi deesset: vt p hoc quia nõ intelligit quãdo ista veritas esse nõ potuit si esset oratio in qua esse posset: intelligatur illa veritas sine pncipio fuisse. que pma causa est huius veritatis. Quippe veritas orationis nõ semper posset esse: si eius causa uõ semp esset. Etem̃ nõ est vera oratio: q̃ dicit futurũ esse aliud nisi re ipa sit aliq̃d futurũ: neq̃ aliquid est futur̃ si nõ sit in summa veritate. Similiter de illa intelligendũ est veritate orationis: q̃ dicit: qz

p̄teritū est aliquit. Nam si nullo intellectu veritas orationi huic si facta fuerit deesse poterit. necesse est vt eius veritatis que summa causa est istius nullus finis intelligi possit. Idcirco nāq̄ vere p̄teritum dicit esse aliquid: quia ita est in re: ⁊ ideo est aliquid p̄teritū: quia sic est in veritate summa. Quapropter si nūq̄ potuit nō esse verum futurū esse aliquid: et nūq̄ poterit nō esse verum p̄teritum aliquid esse: impossibile est p̄ncipiū sumere veritatis finisse aut finem futurum esse.

D Nihil tue rōni obijci posse video.

De veritatis diffinitione.

Capitulum. XII.

D Redeamus ad indagationem veritatis quam incepimus. D Totum hoc pertinet ad indagādam veritatē: verūtamen redi ad quod vis. D Dic ergo mihi: an tibi videatur esse aliqua rectitudo alia: p̄ter has quas contemplati sumus? D Non alia p̄ter has: nisi illa: que ē in rebus corporeis: que multum est aliena ab istis: vt rectitudo virge. D In quo tibi illa videtur differre ab istis? D Quia illa visu corporeo cognosci potest: istas rationis capit contēplatio. D Nōne rectitudo illa corporum ratione intelligitur p̄ter subiectum ⁊ cognoscitur? Aut si de alicuius corporis absentē linea dubitetur an recta sit: ⁊ monstrari potest quia in nullam partem flectitur: Nonne ratione colligit: quia rectam eam necesse est esse? D Etiam. Sed eadem que sic ratione intelligitur: visu sentit in subiecto. Ille vero nō: nisi sola mente percipi possunt. D Possumus igitur nisi fallor diffinire: quia veritas est rectitudo sola mente peceptibilis? D Nullo modo hoc dicentem falli video. Nempe nec plus nec minus continet ista diffinitio veritatis q̄ expediat: quoniā nomē rectitudinis diuidit eam ab omni re que rectitudo non vocatur. Quod vero sola mente p̄cipi dicitur: separat eam a rectitudine visibili. Sed quoniā docuisti me omnē veritatem esse rectitudinem: ⁊ rectitudo idem videtur mihi esse quod iusticia.

De iusticia ⁊ eius diffinitione.

Capl'm. XIII.

Iusticia quoq̄ doce me quid esse intelligam. Videtur nāq̄ quia omne quod rectum est esse: iustū etiam est esse: ⁊ conuersim: quia quod iustum est esse: rectum est esse. Iustus enim ⁊ rectum videtur ignem calidum esse: et vnūquēq̄ hominē diligentem se diligere. Nam si quicquid debet esse: recte ⁊ iuste est: nec aliquid recte ⁊ iuste est: nisi quod debet esse: sicut puto nō potest aliud esse iusticia: q̄ rectitudo. In summa nanq̄ ⁊ simplici natura q̄nis nō ideo sit recta et iusta: quia debeat aliquid dubiū: tamen non est idem esse rectitudinem ⁊ iusticiā. D Habes igitur diffinitionem iusticie: si iusticia non est aliud q̄ rectitudo. Et quoniā de rectitudine sola mente perceptibili loquimur: inuicem sese diffiniūt veritas ⁊ rectitudo ⁊ iusticia: vt qui vnā earum nouerit: ⁊ alias nescierit: per notam ad ignotarum scientiam pertingere possit: imo qui nouerit vnam alias nescire non possit. D Quid ergo? An dicemus lapidem iustum cum a superioribus inferiora petit: quia hoc facit quod debet: quēadmodū dicimus hominē iustum: qui cum quod debet facit. D Non solemus huiusmodi a iusticia iustum dicere. D Cur ergo magis homo q̄ lapis iustus est: si vterq̄ iuste facit? D Tuipe an non putas facere hominis a facere lapidis aliquo modo differre? D Scio quia homo sponte: lapis naturaliter ⁊ non sponte facit. D Idcirco lapis non dicitur iustus: quia non est iustus qui facit quod debet si non vult quod facit. D Dicemus ergo iustum esse equū cum vult pascere: quia volens facit quod debet? D Non dixi iustū esse eum qui facit volens qd̄ debet: sed dixi nō esse iustū q̄ nō facit volens qd̄ dz. D Dic q̄ qd sit iustus

A. Queris vt ideo diffinitionē iusti-
cie: cui laus debetur: sicut cōtrario eius
scz iniusticie debet vituperatio. D. Il-
lam quero. A. Constat quia illa iu-
sticia nō est in vlla natura que rectitudi-
nem nō agnoscit. Quicqd enim nō vult re-
ctitudinem: etiam si eam tenet nō merek
laudem: quia tenet rectitudinē. velle aūt
illam nō valet: qui nescit eā. D. Ve-
rū est. A. Rectitudo igit que tenē-
ti se laudem acquirit: nō est nisi in ratio-
nali natura: que sola rectitudinē de qua
loquimur percipit. D. Ita sequitur
A. Ergo qm omnis iusticia est rectitu-
do: nullatenus est iusticia que seruantes
se facit laudabilem nisi in rationalibus
D. Non potest aliter eē. A. Vbi
igitur tibi videt ista iusticia in hoīe qui
rationalis est? D. Non est nisi aut
in voluntate aut in scientia: aut in ope.
A. Quid si quis recte intelligit: aut
recte operat: nō aūt recte velit: laudabit
eū quisq de iusticia? D. Non. A.
Ergo nō est ista iusticia scientie rectitu-
do: aut rectitudo actionis: sed rectitudo
voluntatis. D. Aut hoc erit: aut ni-
hil. A. Videtur tibi sufficienter
esse diffinitiua iusticia quaz querimus?
D. Tu vide. A. Quicūq vult qd
debet: putas eum recte velle: z habere re-
ctitudinem voluntatis? D. Si quis
nesciens vult quod debet: vt cum vult
ostium claudere cōtra illum qui ipso ne-
sciente vult in domo alius occidere: siue
iste habeat siue nō habeat aliquā volun-
tatis rectitudinem: nō habet illam quā
querimus. A. Quid dicis de illo q
scit se debere velle qd vult?. D. Po-
test contingere vt intelligēs velit qd de-
bet: z nolit se debere. Nam cum latro co-
gitur ablatam reddere pecuniā: palam
est: quia nō vult se debere: quoniā igitur
cogitur velle reddere: quia debz: sed hic
nullatenus laudandus est hac rectitudi-
ne. A. Qui cibat esurientem pau-
perē ꝓpter inanem gloriam: vult se debe-
re velle quod vult?. Idcirco nāq lauda-
tur: qz vult facere quod debet: quid itaq
de isto iudicas? D. Nō est huius re-
ctitudo laudanda: z ideo nō sufficit ad
iusticiam quā querimus. Sed ostende
iam que sufficiat. A. Omnis volū-
tas sicut vult aliquid: ita vult ꝓpter ali-
quid. Nam quēadmodū ꝓsiderandum
est quid velit: ita videndum est cur velit
Quippe nō magis recta debet esse volen-
do quod debet: q̄ volēdo ꝓpter quod de-
bet. Quap: opter omnis voluntas habz
quid. z cur. Omino nāq nihil volumus
nisi sit cur velimus. D. Omnes hoc
in nobis cognoscimus. A. Cur au-
tem tibi videtur vnicuiq volendū quod
vult: vt laudabilem habeat voluntatem
Quid enim volendū sit: palam est: qnia q
nō vult quod debet: iustus nō est. D.
Nec minus apertuz mihi videtur: quia
sicut volendum est vnicuiq quod debet
ita volendū est: ideo quia debet vt iusta
sit eius voluntas: A. Bene intelli-
gis hec duo necessaria esse voluntati ad
iusticiam velle: scz quod debet: ac ideo
quia debet. Sed dic an sufficiant?. D.
Cur nō? Cum aliquis vult quod debet:
quia cogitur: z ideo cogit quia hoc velle
debet: nōne hic quodāmodo vult quod
debet quoniā debet?. D. Nō possum
negare: Sed alio mō vult iste: alio mō-
do vult iustus. A. Distingue istos
modos. D. Iustus nāq cum vult
quod debet: seruat volūtatis rectitudi-
nem: non ꝓpter aliud in quā iustus est: q̄
ꝓpter ipsam rectitudinem. Qui autez nō
nisi coactus: aut extranea mercede con-
ductus: vult quod debet: si fuare dicen-
dus est rectitudinez: nō eam seruat ꝓpter
ipsam: sed ꝓpter aliud. A. Volun-
tas ergo iusta est: que sui rectitudinē ser-
nat ꝓpter ipsam rectitudinē. D. Aut
ista aut nulla volūtas iusta est. A.
Iusticia igitur est rectitudo voluntatis
ꝓpter se seruata. D. Vere hec est iu-
sticie diffinitio quā querebam. A.
Vide tamen ne forte aliquid in ea debe-
at corrigi. D. Ego nihil in ea corri-

gendũ video. D Nec ego. Nulla nãq; iusticia est: que nõ est rectitudo: nec alia q̃ rectitudo voluntatis iusticia dicitur per se. Dicitur enim rectitudo actionis iusticia: sed nõ nisi cum iusta volũtate fit actio. Rectitudo autem voluntatis etiaz si impossibile sit fieri quod recte volumus: tamen nequaq̃ amittit nomẽ iusticie. Quod autem seruata dicitur: forte dicet aliquis: si rectitudo voluntatis nõ nisi cum seruat dicenda est iusticia: non mox vt habetur est iusticia: sed nec accipimus iusticiam cum illam accipimus: sed nos seruando facimus eam iusticiaz esse. Nam prius accepimus illam z habemus q̃ seruemus. Non eñ ideo illam accipimus: nec idcirco illam p̃mitus habemus: quia seruamus: sed illam incipimus ideo seruare: quia accipimus z habemus. Sed ad hoc respõdere nos possumus: quia simul accipimus illã z velle z habere. Non enim illam habemus nisi volendo: z si eam volumus: hocipso solo eam habemus. Sicut autem illam simul habemus z volumus: ita illam simul volumus z seruamus: quoniã sicut eam non seruamus nisi cum illam volumus: sic non est quando eam velimus et non seruemus: sed q̃diu eam volumus: seruamus: z donec seruamus: volumus. Qñ ergo eodem tempore contingit nobis illam z velle z habere: nec diuerso tẽpore in nobis sunt z velle z seruare: eam ex necessitate simul accipimus z habere illam z seruare: z sic q̃diu habemus seruamus: nec vlla ex his generat incõuenientia: Quippe sicut eiusdem rectitudinis acceptio natura p̃us ẽ q̃ habere aut velle illam: quoniã habere illã: aut velle nõ est causa acceptionis: sed acceptio facit velle illam z habere. Simul eñ incipimus illam z accipere z habere z velle: et tamen simul sunt tempore acceptio z habere z velle: z mox vt est accepta: est habita: z volumus eam ita habere seu velle illam: q̃uis natura prius sint q̃ seruare illam: simul tamen sunt tempore. Quare a quo simul accipimus z habere z velle z seruare voluntatis rectitudinem: ab illo accipimus iusticiam: z mox vt volumus z habemus eandem rectitudinem volũtatis: iusticia dicenda est. Quod vero addidimus: ꝓpter se: ita necessariũ est vt nullo modo eadem rectitudo nisi propter se seruata iusticia sit. D Nihil possum cogitare contra. D Videt nbi q̃ ista diffinitio possit aptari summe iusticie: sin quod de re loqui possumus: de qua nihil aut vix ꝓrie aliquid potest dici? D Licet non sit ibi aliud volũtas: aliud rectitudo: tamen sicut dicimꝰ: potestatem diuinitatis: aut diuinam potestatem siue potentem diuinitatem: cuz in diuinitate nõ sit aliud potestas q̃ diuinitas: ita non incõuenienter dicimus ibi rectitudinem voluntatis: aut voluntariam rectitudinem seu rectam volũtatem. Si vero illam rectitudinez dicimꝰ ꝓpter se seruari: de nulla alia rectitudine tam cõuenienter dici posse videtur. Sicut eñ non aliud illam sed ipsa se seruat nec per aliud sed per se: z ita non ꝓpter aliud sed ꝓpter se. D Indubitãter itaq̃ possumꝰ dicere: quia iusticia ẽ rectitudo voluntatis: que rectitudo ꝓpter se seruatur. Et quoniã verbi quod hic dico: seruat: non habemus participiũ passiuũ p̃sentis temporis: pro p̃senti possumus vti passiuo p̃terito participio eiusdem verbi. D Hunc vsum habemꝰ notissimũ: vt preteritis participiis passiuis vtamur p̃ presentibus: que latinitas non habet: sicut non habet p̃terita participia a verbis actiuis z neutris: z pro p̃teritis que non habet vtitur p̃sentibus: vt si dicatur de aliquo: hic quod studẽs z legens didicit: non nisi coactus docet: id est quod dum studuit z legit: didicit: z non nisi cum cogitur docet. D Bene ergo diximus iusticiam esse rectitudinem voluntatis seruatam propter se id est que seruatur propter se. Et hinc est q̃ iusti dicuntur aliquando recti corde. id est recti voluntate: aliquando recti si-

ne adiectione cordis: quoniã nullus alius intelligitur rectus nisi ille qui rectam habet voluntatem: vt est illud. Gloriamini omnes recti corde. Et illud. Videbãt recti ⁊ letabunt. D Satis fecisti etiam prius de diffinitione iusticie: transeamus ad alia.

Ps. xxx
Ps. cvi.

Qx vna sit veritas in omnibus veris.

Capitulum. XIIII. M

Bedeamus ad rectitudinẽ seu veritatem: quibus duobus nominibus: quoniã de rectitudine mẽte sola perceptibili loquimur: vna res significat: que genus est iusticie. ⁊ querammus an sit vna sola veritas in omnibus istis in quibus veritatẽ dicimus esse: an ita sint veritates plures: sicut plura sunt in quibus constat esse veritatem. D Hoc multũ nosse desidero. M Constat: quia in quacũq; re sit veritas: nõ est aliud q̃ rectitudo. D Non hinc dubito. M Si ergo plures sunt veritates ꝓ plures res: plures quoq; sunt rectitudines. D Hoc quoq; non minus certũ est. M Si ꝓ diuersitates rerum: necesse est esse diuersas rectitudines: vtiq; ꝓ res ipsas habent esse suũ eedem rectitudines: ⁊ sicut res ipse in q̃bus sunt variant: sic quoq; rectitudines varias esse necesse est. D In vna re in qua rectitudinem esse dicimus. ostende quod in ceteris intelligam. M Dico quia si rectitudo significationis iõ est alia q̃ voluntas rectitudo: quia ista in voluntate: illa in significatione est: habet suũ esse rectitudo ꝓpter significationẽ ⁊ ꝓ eam mutatur. D Ita est. Cum enim significatur esse quod est: aut nõ esse quod est: recta significatio est. ⁊ constat esse rectitudinem sine qua significatio recta nequit esse. Si vero significetur esse quod nõ est: aut non esse quod est: aut si nihil omino significetur: nulla erit rectitudo significationis que nõ nisi in significatione est. Quapropter ꝑ significationem habet esse: ⁊ per eaz mutatur eius rectitudo: quẽadmodũ color ꝑ corpus habet esse ⁊ nõ esse. Existente nãq; corpore colorem eius necesse est esse: ⁊ peunte corpore colorem eius manere impossibile ẽ. M Non similiter se habz color ad corpus vt rectitudo ad similitudinem significationũ. D Ostende dissimilitudinem. M Si nullus aliquo significare velit signo quod significandum est: erit vlla per signa significatio? D Nulla. M An ideo non erit rectuz: vt significetur quod significari debet? D Non idcirco minus erit rectum aut minus hoc exiget rectitudo. M Ergo non existente significatione: non perit rectitudo qua rectum est: ⁊ qua exigitur vt quod significandum est significetur. D Si interiisset non esset rectum hoc: nec ipsa hoc exigeret. M Putas ne cum significatur quod significari debet: significationem tunc rectam esse propter hanc: ⁊ ꝓ hanc ipsam rectitudinem? D Immo non possum aliter cogitare. Si enim alia rectitudine recta esset significatio: peunte ista nihil phibet rectã esse significationem. Sed nulla est recta significatio que significat quod non est rectũ significari: aut qõ nõ exigit rectitudo M Nulla igitur significatio est recta alia rectitudine q̃ illa que permanet peeunte significatione. D Patam est M An itaq; non vides: quia nõ ideo est rectitudo in significatione: quia tunc incipit esse cum significatur esse quod ẽ: vel non esse quod non est. Sed quia significatio tunc fit ꝓ rectitudinem que semper est: nec ob hoc abest a significatione: quia perit cum nõ sicut debet: aut cuz nulla sit significatio: sed quoniã tunc significatio deficit a nõ deficiente rectitudine. D Sic video vt non possim non videre. M Rectitudo ergo qua significatio recta dicitur nõ habet esse et non esse: aut aliquem motum ꝑ significationem quõcũq; moueatur ipsa significatio. D Mihi nihil iam clarius. M Potes ne phare colorem similiter

Capitulorꝫ annotatio.

se habere ad corpus: quomodo rectitudo se habet ad significationē? D Prom prio: nunc sum ꝓbare: quia valde dissimiliter. A Sed quia iam tibi notum est: quid de voluntate ⁊ eiꝰ rectitudine: ⁊ de aliis que rectitudinem habere debent sentiendum sit. D Omnino video hac ipsa ratione ꝓbari quoquomodo ipsa sit: rectitudinem ĩmobilem manere. A Quid itaq; consequi existimas de ipsis rectitudinibus. Sunt alie ab invicem: aut est vna ⁊ eadem omniū rectitudo. D Supra concessum est: quia si ideo sunt plures rectitudines quoniā plures sunt res in quibus considerantur: necesse est eas esse ⁊ variari ꝟm res ipsas: quod nequaq; fieri demonstratū est. Quapropter nō ideo sunt plures rectitudines: quia plures sunt res in quibus sunt. A An habes aliquā aliam rationem cur tibi plures esse videantur: ꝑter ipsam rerum pluralitatem? D Sicut istam nullam esse cognosco: ita nullam aliam inuenire posse considero. A Una igitur ⁊ eadem est omniū rectitudo. D Sic me fateri necesse est. A Amplius. Si rectitudo non est in rebus illis que debent rectitudinem: nisi cum sunt ꝟm quod debēt ⁊ hoc solum est illis rectas esse: manifestum est earū omniū vnam solam esse rectitudinem. D Non potest negari. A Una igitur in omnibus illis ē veritas. D Et hoc negari impossibile est. Sed tamen ostende mihi cur dicimꝰ huius vel illius rei veritatē velut ad distinguendas veritatis differentias: si nullam ab ipsis rebus assumūt diuersitatem Multi nāq; vix concedent nullā esse differentiam inter veritatem voluntatis: et eam que dicit actionis: aut alicuius aliorū. A Improprie huius vel illius rei esse dicitur: quoniā illa nō in ipsis rebus: aut ex ipsis: aut per ipsas in quibus esse dicitur habet suū esse: Sed cum res ipse ꝟm illam sunt que semp ꝑsto est his que sunt sicut debent: tunc dicitur huius vel illius rei veritas: vt veritas vocis: actionis: voluntatis: quēadmodū dicit tēpus huius vel illius rei: cum vnum ⁊ idē sit tempus omniū: que sunt in eodem tēpore simul: ⁊ si non esset hec vel illa res: non minus esset idem tempus. Non enim dicitur ideo tempus huius vel illius rei quia tempus est in ipsis rebus: sed quia ipse sunt in tempore. Et sicut tempus per se considerātū non dicitur tempus alicuius: sed cum res que in illo sunt consideramus: dicimus tempus huius vel illius rei: ita summa veritas per se subsistens nullius rei est: sed cum aliquid ꝟm illam est: tūc eius dicit veritas vel rectitudo.

Beati Anselmi dialogus de veritate explicit.

Capitulorꝫ libri de similitudinibꝫ beati Anselmi Cantuariēsis archiepiscopi annotatio.

Non est B. Anselmi opus istud sed Eadmeri cuius diuinguli.

Ca. j.	De diuisione voluntatis.
ij	De similitudine inter mulierez ⁊ voluntatem.
iij	De sensibus anime.
iiij	De sensibus corporis.
v	De obedientia.
vj	De inobedientia ⁊ ꝓpria voluntate
vij	De superbia.
viij	Q̃ ꝓpria voluntas soli deo conueniat.
ix	De similitudine inter ꝓpriaz voluntatem ⁊ fontem.
x	De tribus generibus ꝓprie volūtatis.
xj	De generibus delectationis.
xij	De quinq; corporis sensibus
xiij	De generibꝫ delectatiōis male.
xiiij	De quinq; simplicibꝫ generibꝫ.
xv	De decem duplicibus
xvj	De decem triplicibus.
xvij	De q̃nq; quadruplicibus.
xviij	De vltimo genere delectationis male.
xix	De detractione.

Beati Anselmi Liber.

xx De anime delectatione.
xxj De quindecim generibus exaltationis.
xxij De quatuor simplicib.
xxiij De sex duplicib.
xxiiij De quatuor triplicib.
xxv De vno quadruplici.
xxvj De curiositate z eiꝰ diuisione.
xxvij De quinq; simplicib:
xxviij De sex duplicib
xxix De quatuor triplicib
xxx De vno quadruplici.
xxxj De generib curiositatis.
xxxij De trib simplicib.
xxxiij De nouem duplicib.
xxxiiij De decem triplicib.
xxxv De ḋnq; quadruplicib.
xxxvj De vltimo genere curiositatis
xxxvij De similitudine inter ꝓpriã voluntatem z adulteram reginã.
xxxviij De similitudine inter ꝓpriaz voluntatem z venenosam herbã
xxxix Qꝛ ꝓprie voluntati omnia vitia deseruiunt.
xl De similitudine inter suggestionem: delectationem: consensum z canem.
xlj De similitudine inter coꝛ bũanũ z molendinum.
xlij De similitudine inter molentes z laborantes.
xliij Qꝛ bonitas cuiusq; fidelis deo z omnibus bonis sit vtilis.
xliiij De cõmendatione superne hierusalem.
xlv Qꝛ bonitas hominis hominibus oamnatis z demonibus sit inutilis.
xlvj De similitudine inter deum et quẽlibet regem suos iudicantem.
xlvij De quatuordecim beatitudinib corporis z anime.
xlviij Que sint quatuordecim ꝑtes beatitudinis.
xlix Que sint quatuordecim partes miserie.
l De pulchritudine z turpitudie
lj De agilitate z ponderositate.
lij De fortitudine z imbecillitate
liij De libertate z seruitute.
liiij De sanitate z infirmitate.
lv De voluptate z anxietate.
lvj De similitudine ferri igniti.
lvij De duabus beatitudinib totidemq; miseriis.
lviij De lõgeuitate z vite breuitate.
lix De sapientia z insipientia.
lx Qꝛ peccata singuloꝛ singulis pateant.
lxj De altercatione inter hominez iustum z angelũ.
lxij De amicitia z inimicitia.
lxiij De concoꝛdia z discoꝛdia.
lxiiij Qꝛ oẽs iusti idem velint.
lxv De bonoꝛe z dedecoꝛe.
lxvj De paupe in regem adoptato.
lxvij De similitudine inter ignem z deitatem.
lxviij De potentia z impotentia.
lxix De securitate z timoꝛe.
lxx Qꝛ nullus amittat bona iam semel adepta.
lxxj De gaudio z tristicia.
lxxij De cupiditate mũdani bonoꝛ
lxxiij De similitudine inter deũ z aliquem dñm.
lxxiiij De similitudine inter diabolũ z improbũ placitatoꝛem
lxxv De similitudine inter deum et quẽlibet regem.
lxxvj De regno: villa z castello: z diuisione.
lxxvij De similitudie inter monachũ z potionem: medicũ z abbatẽ
lxxviij De ꝓtentione inter monachos nutritos z conuersos.
lxxix De similitudine inter monachos z angelos.
lxxx De similitudine inter deum et quẽlibet imperatoꝛem.
lxxxj Quid monacho ꝑsit si aliquod bonũ inuitus faciat.
lxxxij Qꝛ magna sit spes monachi ꝑ

Capitulorꝝ annotatio.

fessi.
lxxxiij De similitudine inter monachū peccantem ⁊ laicum.
lxxxiiij De similitudie inter monachū ⁊ arborem.
lxxxv De similitudine inter matronā ⁊ diuinam volūtatem.
lxxxvj De filiabus matrone.
lxxxvij De ancillis eius bonis.
lxxxviij De ancilla latrone.
lxxxix De obedientia: licentia: ⁊ inobedientia.
xc De similitudie inter monachū ⁊ denariū.
xcj De similitudine inter corrigias ⁊ sotularem: ⁊ ordinem ficticium ⁊ naturalem.
xcij De vestib monachorꝝ.
xciij De corona ⁊ tonsura monachi.
xciiij De spiritali sacrificio mōachorꝝ
xcv De similitudie inter monachū ⁊ ignem.
xcvi De interiori virtute ⁊ exteriori.
xcvij De similitudie inter monachū ⁊ ortulanū.
xcviij De edificante domū. ⁊ q̄ superbia sit vallis maxima bestiis vitiorꝝ plena.
xcix De monte humilitatis: ⁊ septem gradibus eius.
c De ꝓmo gradu humilitatis.
cj Q̄ qui in deum peccat: omnem creaturā contra se excitat.
cij De secūdo gradu humilitatis.
ciij De tercio gradu humilitatis.
ciiij De quarto gradu hūilitatis.
cv De q̄nto gradu hūilitatis.
cvi De sexto gradu hūilitatis.
cvij De septimo gradu hūilitatis.
cviij Recapitulatio graduum humilitatis.
cix Quō vnusquisq̄ se minorē omnibus debeat putare.
cx Q̄ obsit ꝓsideratio alterius pcti.
cxj De duabus sororib hunc montem custodientib.
cxij De verecūdia q̄ est apud deum
cxiij De verecūdia q̄ est apud hoīes
cxiiij De consultatione duarū predictarum sororꝝ.
cxv Q̄ non semper misericordia dei debeat cogitari.
cxvi Quē cōpatio sit int ascendētes.
cxvij De similitudine inter cenouectiam ⁊ charitatem.
cxviij De similitudine inter qualitates corporis ⁊ animi.
cxix De cordis īmundicijs.
cxx De similitudine inter corporis infirmitates ⁊ animi.
cxxj De appetitu ⁊ quid intersit inter appetitum ⁊ voluntatem.
cxxij De similitudine inter aquam et humanā naturam.
cxxiij Q̄ q̄tuor modis pat agat.
cxxiiij De quadripartito statu humane nature.
cxxv De similitudine inter hominis obsequiū ⁊ p̄miū.
cxxvj De trib hoīn ordinib.
cxxvij De exēplo ouiū: boū: ⁊ canum.
cxxviij De mendacio.
cxxix De medico exemplū.
cxxx De septem donis spūsancti.
cxxxj Q̄ de donis spūsancti q̄nq̄ ad actiuam: ⁊ duo ad contemplatiuam vitam ꝓtineant.
cxxxij De qualitatib aīe ⁊ moribꝝ.
cxxxiij Q̄ mores: boni ⁊ mali sint.
cxxxiiij De virtute et vitio.
cxxxv De sapientia ⁊ stulticia quādoq̄ in eodem cōuenientia.
cxxxvj De odio ⁊ amore peccati.
cxxxvij De humilitate ⁊ supbia.
cxxxviij De trib verecūdie generib.
cxxxix De trib q̄ notant in iuene.
cxl De similitudine int diuersa alimenta ⁊ p̄cepta.
cxlj De exemplo noui vasis.
cxlij De exemplo cultri.
cxliij De exemplo aque quiete ⁊ solis radijs.
cxliiij De penitentia sicca ⁊ humida.
cxlv De exemplo arborem magnam

succidere volentis.
cxlvj De detractionis vitio.
cxlvij De triby homicidij generby.
cxlviij De exemplo ignis ⁊ venti ⁊ humani mentis.
cxlix De detractionis descriptione.
cl De cõmendatione charitatis.
clj Qꝗ noceat detractio: ⁊ prosit audire bonum.
clij De scientia: volũtate ⁊ vsu.
cliij De cytharistę exemplo.
cliiij De similitudine inter desides ⁊ peccantes.
clv De similitudine inter paupes: stultos ⁊ negligentes.
clvj De scientia ⁊ triby ꝓtiby eius.
clvij De doctrina.
clviij De experimento.
clix Qꝗ non semꝑ debemus velle qd̃ deus vult.
clx De vsu.
clxj Qꝗ bonus homo de omnibus sibi bonum faciat.
clxij Quõ inimici diligi possint.
clxiij De intellectu: amore ⁊ vsu.
clxiiij De similitudie inter deũ ⁊ solẽ.
clxv De silitudie inter ignẽ ⁊ amorẽ dei
clxvj Quõ sancti deũ videbunt.
clxvij De quatuor modis ꝑcipiendi ⁊ totidem obediendi.
clxviij De timore: cõmodo ⁊ amore.
clxix Qꝗ in aia tres sint nature.
clxx De suggestione: delectatione et consensu.
clxxj De nominiby anime:
clxxij De exemplo sordidi.
clxxiij De quadrato lapide.
clxxiiij De peccato.
clxxv De similitudine cere.
clxxvj De conatu diaboli ꝓtra nouiciũ
clxxvij De pueris plante compatis.
clxxviij De lamina auri ⁊ argenti.
clxxix De charitate.
clxxx Qꝗ triby ex causis oĩs res amat.
clxxxj Qꝗ tribus modis deus diligendus sit.
clxxxij De triby libertatiby.
clxxxiij De venatione diaboli.
clxxxiiij Qꝗ deus nõ horreat peccatum.
clxxxv De visione. A. de fluuio.
clxxxvj De vero monachatu.
clxxxvij De securitate ⁊ pace religiõis.
clxxxviij De exemplo leporis.
clxxxix De exemplo anicule.
cxc De malicia ⁊ feditate peccati.
cxcj De verbis defuncti.

Eiusdem beati Anselmi archiepi Cãtuariensis liber de similitudinibꝫ incipit

De diuisione voluntatis.

Capitulum. I.

Voluntas tripliciter intelligitur. Volũtas etiam ꝓ illud anime instrumentũ: quo vult: ⁊ affectio eiusdem instrumenti. Affectio vero est affectio eiusdem instrumenti volendi. Hec volũtas que dicitur affectio: est ad tempus quasi sopita: quia est eorum que mens nõ memorat: sed mox vt ea recolit etiam instrumentũ volendi appetit. Item voluntas dicitur velle vel vsus ipsius instrumenti.

De similitudine inter mulierem ⁊ voluntatem. Capitulum. II.

Voluntas itaq; illa que est instrumentũ volendi: sic est inter deũ ⁊ diabolum: quõ mlier inter suũ legitimũ virum: ⁊ aliquẽ adulterũ. Vir eam ꝑcipit vt sibi soli ꝓiungat: adulter ꝓpsuadet vt ⁊ sibi copulet. Si itaq; se soli legitimo viro coniũgat: legitima est: et ipsa filios legitimos generat: Si autem adultero se iunxerit: adultera est: ⁊ ipsa filios adulterinos parit. Similiter ergo deus imperat voluntati: vt societur ipsi soli. diabolus vero ex altera parte suggerit: vt cõiũgat ⁊ sibi. Si itaq; se soli deo cõiunxerit. id est spiritussancti suggestionem velũt semen bonum receperit: fit eius coniunx legitima: filiosq; legitimos generat. id est ꝓtutes ⁊ opera bona: Mox

De Similitudinibus

em ad imperium eius aperiunt omnis animе z corporis sensus ad implendum qd̄ precepit deus.

De sensibus anime. Capl'm. III.

Ipsa nacq; aperit ad virtutū affectionem z ad volendum optāda memoria vero ad memorandum memoranda: cogitatio ad cogitandū cogitanda: intellectus ad discernendum q̄d sit volendū vel mēorandū siue cogitandum. Animus quoq; ad charitatē erigit ad hūilitatē disponit: ad patientiā roborat: ad alias ꝓtutes generādas aperitur

De sensib̄ corpis. Capl'm. IIII.

Similiter z corpis sensus aperiūtur ad imperiū eius: videlicet visus ad recte videndum: auditus ad audiendū dei verba: gustus ad gustāda: odoratus ad odoranda: tactus ad tāgenda. Oculi quoq; ad vigilandū z plorandū. Os ad verū loquendū: Manus ad recte opandū: Pedes ad ambulandū quo debent. Sicq; vna sola voluntas: postq̄ dei voluntati est iuncta: tot virtutes generat z opera bona.

De obedientia. Capl'm. V.

Huius aūt volūtatis affectio siue vsus: obediens volūtas vel obedientia dicit: quia dei voluntati obediens eam habet aduocatam: si querat cur hoc vel illud velit. Q̄ si hec volūtas que dicit instrumentū volendi diabolo se iunxerit: eis recipiendo suggestionē velut inordinatū semen adultera mater effecta: filios adulterinos. id est vitia z opera mala generat. Universos cūi hominis sensus claudens ad ea que p̄cipit deus: pandit ad ea que iubet diabolus: ipsa nacq; ꝓus aperit ad affectionē vitiorū z ad ea volendū: ac deinde hoīs sensus aperit ad ipsa perpetrandum.

De inobedientia z ꝓpria voluntate.

Capitulum. VI.

Huius vero affectio siue vsus: inobediens voluntas vel inobedientia vl'etiam ꝓpria voluntas dicit. Propria quipe volūtas est q̄ dei voluntatem sibi aduocatam habere nō potest: vt si querat cur hoc vl'illud velit: respondere veraciter nō valet: quia z deus vult vt hoc velit. Affectio autē siue vsus ille ex diabolica nascens suggestione: dei voluntatē sibi aduocatam nō potest hē vtracq; igitur volūtas est ꝓpria. Unde ꝓpria volūtas que q̄ a dei voluntate porro ꝓuat: ob h̄ ꝓpria recte notat. Hec autē voluntas ꝓpria: supbia est illa quā initiū omnis peccati scriptura nuncupat.

De supbia. Capl'm. VII.

Superbia ideo vocat: quia supra q̄ debeat gradit. Supbia nacq; suggressio dicitur. Propria itacq; voluntas: quia dei volūtati nō subūcit: sed supra eam extollit: ob hoc recte superbia dicit. Ipsa quoq; omnis peccati ē initium: quia ex ea nascit omne peccatum. Et quoniā homo illam habet a se: nec voluntatem dei quā sequat vult habere sup se: ipsi deo aufert qd̄ ꝓprie z singulariter debet habere.

Q̄ ꝓpria voluntas soli deo cōueniat.

Capitulum. VIII

Solus em deus quicquid vult debet velle ꝓpria voluntate: ita vt aliam quā sequat nō habeat sup se. Cum igit homo vult aliquid p ꝓpriam voluntatem: deo aufert quasi suam coronam. Sicut em corona soli regi cōpetit: sic ꝓpria voluntas soli deo. Et sicut regē aliquē inhonoraret qui suam coronam ei auferret: sic homo inhonorat deum q̄ auferet ei ꝓprie voluntatis priuilegium: habēdo qd̄ ille debz habere solum. Sed sicut ꝓpria voluntas dei fons est z origo tonī boni: ita ꝓpria voluntas hominis totius est exordium mali.

De similitudine inter ꝓpriam voluntatem z fontem. Capl'm. IX.

Hec est velut fons quidam: qui in tria capita diuidit: z ex quibus riui diuersi z innūerabiles deriuant: qui locis in quibusdam ab inuicem separant: aliquib̄ vero duo z duo: vel plures plurib̄ cōiungunt. Ita quoq; ꝓpria

volũtas in genera tria diuidit: e quibus vitia diuersa ⁊ sine numero nascunt: que aliqñ in hoie sunt disiuncta: qñqꝫ ꝯo duo vel plura cõiuncta.

De triby generibꝫ ꝓprie voluntatis.

Capitulum. X.

Propria nãqꝫ voluntas aut est in delectatione: aut in exaltatione: aut curiositate.

De generibus delectationis.

Capitulum. XI.

Delectatiõis genera sunt duo ꝑnꝯcipalia: vnũ exterius in ãqꝫ corporis sensibus: aliud interius in anime affectionibus.

De ãqꝫ corporis sensiby. Cap. XII.

Sunt aũt corporis sensus: visus: auditus: gustus: odoratus: ⁊ tactus: q̃ ideo sensus dicunt: quia ꝑ eos exteriora sentiunt. Per visum eñ forme ⁊ colores: ꝑ auditũ soni: ꝑ gustum sapores: ꝑ olfactũ odores: ꝑ tactum dura vel mollia: calida vel frigida: aspera vel lenia: grauia vel lenia sentiunt. Hoꝝ autem sensuũ delectatio rarius est bona: sepius ꝯo mala. Bona etem̃ est cũ dei voluntatẽ sibi aduocatã habet: mala ꝯo cũ eam sibi aduocatã habere nõ põt.

De generibꝫ delectationis male.

Capitulum. XIII.

Duius aũt delectationis male genera sunt triginta ⁊ vnũ: e quibꝫ ãqꝫ sunt simplicia: decem duplicia: alia decem triplicia: ãqꝫ quadruplicia: vnũ ꝯo ex ãqꝫ gꝫby constat.

De ãqꝫ simpliciby generibꝫ. Ca. XIIII

Quinqꝫ itaqꝫ sunt simplicia: quia plerũqꝫ delectat ꝑ se vnusq̃sq̃ ãnqꝫ sensuũ. Aliqñ eñ solꝰ vane delectat visus: vt in cõspiciendo equos certatim ꝓcurrere: aut accipitres volantes alias aues capere. Aliqñ solus auditus: vt cũ hoiem delectat ad aureu suam diu nolã ꝓcutere: qꝫ eam audit dulciter sonare. Aliqñ solus gustus: vt in comedendo mel ĩmoderate: nõ tamen visu delectabile. Aliquando solus olfactus: vt cum aliquis defert feniculum naribꝫ suis suspensum vt sibi suauiter redoleat. Aliquãdo solus tactus: vt cum aliquem ĩmoderate refectũ ꝓtrectare oblectat ventrẽ suuz.

De decem duplicibꝫ. Capũ. XV

Decem ꝯo sunt duplicia: quia plerũqꝫ delectant sil' duo ⁊ duo q̃dẽ sensus. Aliqñ eñ ꝓdelectant visus ⁊ auditus: vt cũ nimis delectãdo canes bestias insequi videntur: ⁊ clamare post ipsas audiunt. Aliqñ visus ⁊ gustꝰ vt cũ magna delectatiõe vinũ limpidissimũ conspicit saphyrino cypho ⁊ bibitur Aliqñ visus ⁊ olfactus: vt in videndo simul ⁊ olfaciendo nimis rubentes rosas. Aliqñ visus ⁊ tactus: vt in conspiciẽdo ⁊ cõplanando aliquẽ muricipẽ albũ. Aliqñ auditus ⁊ gustus: vt cũ aliquẽ sic bibere delectat vt int' labia sua sonitũ quẽdam pitissando faciat. Aliqñ auditus ⁊ olfactus: vt cũ aliquem bibendi auiditate delectat auscultare mustum ebullicus applicata aure: ⁊ eius odorẽ naribꝫ attrahere. Aliqñ auditus ⁊ tactus: vt cum aliquẽ nimis delectat cytharã resonantem audire: ⁊ candẽ pectiendo tãgere. Aliqñ gustus ⁊ olfactus: vt cũ ĩmoderate edũt gallinc: pipere ⁊ cimino diligenter ꝓdite Aliquando gustus ⁊ tactus: vt cũ gulositate manduntur ficus mature: dulces ad edendũ: ⁊ lenes ⁊ molles ad tangendum Aliqñ olfactus ⁊ tactus: vt cũ vngento bene olenti quis vngitur.

De decem tripliciby. Cap. XVI.

Decem quoqꝫ sunt triplicia: quia sepe terni ⁊ terni delectant corporis sensus supra dicti. Aliquãdo eñ condelectant visus auditus ⁊ gustus vt cum nimis auide collyride edunt: que quasi nix candide videnr: sponteqꝫ manibus ⁊ dentibꝫ sic atteruntur vt resonare audiant. Aliquando visus auditus ⁊ olfactus: vt cuz aliquis in horto residet: virides herbas aspiciat: fabulas audiat: flores olfaciat. Aliquando visus auditus ⁊ tactus: vt cũ mulier speciosa delectationis causa ꝓspicit: luxuriosa loqui audit:

sed interea tangit. Aliqñ visus gustus ⁊ olfactus: vt cum aliquem delectat inspicere vinũ herbis ꝓfectũ scinnllare: bibere ⁊ olfacere. Aliqñ visus gustus ⁊ tactꝰ vt cum aliquis est saturatus racemis: vineã tñ deambulat: vt q̃ pulcre in ea racemi dependeant videat: ⁊ hos atq̃ illos ꝓtrectans degustat. Aliqñ visus olfactꝰ ⁊ tactus: vt cũ diu nimis lilia ꝓspicit: olfacit ⁊ tangit. Aliquãdo auditus gustus ⁊ olfactus: vt cũ diuites delectat cernos in syluis clamantes audire: quorũdaz tã captoꝝ carnes pipere conditas interim edere. Aliqñ auditus gustus ⁊ tactus: vt cũ aliquis in balneo residẽo fabulas audit: edit ⁊ bibit: aque tepore circũquaq̃ tangit. Aliquando auditus : olfactus ⁊ tactus: vt cũ aliquis cantilenao audit dũ in lecto molliꝫ strato quiescit: vbi ⁊ herbas vndiq̃ spersas olfacit. Aliqñ gustus olfactus ⁊ tactus: vt cũ nocte mãdũt ĩmoderate poma sapida odorifera ⁊ mollia.

De q̃nq̃ quadruplicibus.

Capitulum. XVII.

Quinq̃ ꝓo quadruplicia sunt: qꝰ plerũq̃ simul q̃terni ⁊ q̃terni delectant. Aliqñ eñ delectant simul visus gustus auditus ⁊ olfactus: vt cum in nuptiis ludi videnꝫ: cantilene audiũt: cibi ⁊ potus delitiosi sumũt: eorũq̃ odor sentit. Aliqñ auditus gustus olfactus ⁊ tactus: vt cũ in nocte nihil ibi videt quo delectat visus: sed cũ auditu gustu ⁊ olfactu delectat: tactus vt cũ sponsus sponsam amplectat: aut aliud ab alio libidinose tangit. Aliquando gustus olfactus tactus ⁊ visus: vt cum ibi nihil delectabile auditui audit: sed assunt alia quiꝫ ceteri sensus quisq̃ suo modo delectat. Aliquãdo olfactus tactus visus ⁊ auditus: vt cũ ibi nihil gustat: sz flores illic aspsos delectat cõuiuas olfacere tangere inspicere: diuersos musicoꝝ sonos auscultare. Aliqñ tactus visus auditus ⁊ gustus: vt cũ nihil habet homo q̃ delectet olfactus sed talia quiꝫ ceteri quatuor sensus cõdelectent.

De vltimo genere delectationis male

Capitulum. XVIII.

Quum aũt ex q̃nq̃ ptiꝫ ꝓstat: qq̃ q̃nq̃ delectant simul his oẽs corporis sensus. Aliqñ enim delectat hoiem domũ interius ornatã conspicere ebrios in ea decantãtes audire: ibidem ⁊ vinũ de corniꝫ deauratis potare: ⁊ flores p domũ dispsos olfacere: ipsos vt cornua aurea vel alia tactu delectabilia ꝓtrectare. Triginta itaq̃ ⁊ vnũ genera sunt delectationis ad q̃nq̃ corpis sensus pertinentia: q̃ his triginta ⁊ vno delectant modis ex q̃biꝫ duplicia simplicibus sunt peiora: dupliciꝫ triplicia: tripliciꝫ quadruplicia: quadrupliciꝫ illud qd ex q̃nq̃ ptiꝫ constat. Quãto eñ plures sensus in delectatione sociantur: tanto ipsa delectatio peiorat. Attamẽ aliqñ peior est vnius q̃ oĩm simul delectatio.

De detractione. Capitulum. XIX.

Grauius est eñ detractionẽ libenter audire q̃ flores pulcros aspicere: tangere: olfacere: interea bibere semel aut bis plus q̃ est necesse: aliquod verbũ ociosum audire. Sed in eodem ptiꝫ ve peccatis peius est plures q̃ pauciores sensus delectari. Peius est eñ delectari visu ⁊ auditu inhonesti loci: q̃ visu tñ: aut auditu tñ. Item peius ẽ immoderate delectari gustu ⁊ olfactu potꝰ confecti: q̃ tñ gustu: aut tñ olfactu alicuius deliciosi cibi. Itaq̃ ex istis triginta ⁊ vno generiꝫ delectationis: alia sunt mala: alia peiora. Mala in quibus pauciores delectant sensus: aut si fuerint plures oblectant in leuioribus. Peiora in q̃ bus delectant plures: aut si fuerint pauciores: in grauioribus delectant. Tot igitur ⁊ talia sunt genera delectatõnio qua delectant q̃nq̃ sensus corpis.

De aĩe delectatione. Capl'in. XX.

Alius ꝓo qua delectat anima: genera sunt multo plura. Quicq̃d enim exteriores sensus sentiunt: sentiendo aĩe iuuũt: q̃le sit illud qd sentiũt: vt que q̃litatẽ rei repsentauerint si-

bi: ⁊ qd̄ sentiebant sentire omiserint: delectat aiam idem cogitare: ⁊ totidez modis quot sibi sensuo repñtauere. Sicut em̄ sensus singlos aut binos: aut ternos aut q̄ternos: aut simul oēs delectat illd̄ vel illud sentire ⁊ aīe repñtare: ita ⁊ aiaz delectat cogitare: qz sensus eisdem modis illud vel illud senserūt: sentiendoqz sibi repñtauerūt: illud quoqz qd̄ sibi sensus nunqz repñtauerūt: quia nūqz senserūt: sz si sensissent repñtare possent. Tot modis delectat aiam cogitare quot sibi sensus valerent repñtare. Nunqz em̄ visus repñtauit ei domū aureā totā: qz nō vidit: nec auditus sonū toto mūdo diffusum: qz nō audiuit. Nec gustus panem melle dulciorē: qz nō gustauit. Nec olfactus vinū balsamo fragrantius: qz non olfecit. Nec tactuo indumenta lanea lineis leniora: quia nō tetigit: nec alia mlta ei repñtauerūt sensus: quia nō senserūt. sed si sensissent: repñtare possent. Et tm̄ aut hec aut alia hmōi inania eā imaginari delectat: aut si sensus sensissent: eiqz singuli aut bini aut terni aut quaterni: aut simul omēs repñtassent. Sunt ⁊ alia delectatiōis aīe genera: que nec sensus valent illi repñtare: nec ipa potest p imaginationē cogitare: vt cuz in supbia delectat sine oī imaginatōe. Hanc etem̄ sensus nō valent illi repñtare: qz nec visus pōt discernere vtr sit alba vel nigra nec auditus an sit sonora aut rauca: nec gustus an sit dulcis vel amara: nec olfactus an sit redolens aut fetida: nec tactus an sit mollis vel dura: lenis vel aspera: calida vel frigida. Ipsa q̄z aīa nō valet imaginari: vtr supbiā illa sit tlis aut talis: qz est in exaltatione solius cogitationis. Multo igit plura genera sunt delectationis qua aīa delectat: q̄z illius quaqnqz corpis sensus oblectant: qz ⁊ eadē delectat illam memorare: que illos sentire ⁊ totidem modis quot sibi repñtauere: ⁊ alia imaginari que illi sibi nō repñtauerūt: qz nūqz senserūt: sz si sensissent: repñtare possent: ⁊ q̄dam cogitare: q̄ nec illi possunt sentire: nec ipa p imaginationē cogitare: sz simplr sine oī imaginatiōe

De qndecim generib exaltationis. Capitulum. XXI.

Exaltationis aūt genera sunt qndecim: e quib quatuor sunt simplicia: sex duplicia: q̄tuor triplicia: vnū po quadruplex.

De q̄tuor simplicib. Cap. XXII.

Quatuor itaqz sunt simplicia: qz est exaltatio aliqñ in sola opinione: vt si q̄s opinet se esse dignū pontificatu: nec tm̄ velit fieri eps. Aliqñ in sola volūtate: vt si velit fieri eps: nec tm̄ opinet se esse dignū epatu. Aliquādo in sola locutiōe: vt si iactet se esse dignū nec tm̄ velit fieri: sciens se esse indignum Aliqñ in solo ope: vt si infimus p ignorantiā assideat iuxta regem.

De sex duplicib. Capl'm. XXIII.

Ex vero sunt duplicia: qz aliqñ extollit hō in opinione simul et volūtate: vt cum poratu aliquo se esse dignū existimat: ⁊ h̄ vult vt por fiat. Aliqñ in opinione ⁊ locutiōe ⁊ nō in volūtate: vt cū aliqs aliquā nō vult plationē q̄ sibi offert: et ex hoc ipse se attollens meliorē se alīs arbitrat: ⁊ inde se iactat: ita tm̄ ne auertat. Aliqñ in opiniōe ⁊ ope: vt si aliqo se estimat dignū sedere iuxta epm: ⁊ alicubi p ignorantiā assideat iuxta eū. Aliqñ in volūtate ⁊ locutōe vt cū aliqo volens eparī: iactat inde se esse dignū: licz se sciat eē indignū. Aliqñ in volūtate ⁊ ope: vt cū aliqs in cōtinuo vult residere in supiori loco: ⁊ ibi se ingerit inuitante nullo q̄uis indignū se estimet loco tā alto. Aliqñ in locutōe ⁊ ope vt cū platus aliqs aliquā in se fragilitatē videt: ob quā si honeste posset ipsaz plationē descereret: ⁊ tm̄ ī ꝓbis ⁊ actib suis qndā extollentiā ostentat: ne ipsam eius fragilitatē quis animaducrtat.

De q̄tuor triplicib. Cap. XXIIII.

Quatuor aūt sunt triplicia: qz aliqñ delectat hō in opinione ⁊ volūtate ⁊ locutione: vt cū dignum

De Similitudinibus

se plationē estimat: ⁊ eā vult: ⁊ inde se iactat. Aliqñ in volūtate: locutione ⁊ opere vt cū ideo qꝛ vult plationē habere: fingit verbo ⁊ ope ⁊ actu dignum se esse: q̄ nis sciat se indignū. Aliquādo in locutione: ope ⁊ opinione: vt cuꝫ aliquis licꝫ iactet dignū se esse platiōe: ⁊ ea libentius agat q̄ dignus videat esse: ⁊ hoc idē arbitret de se: nō vult tū plationē habere vt sanctioꝛ iudicet esse. Aliqñ in ope: opinione ⁊ volūtate: vt cū platus subditos oppri mit īmoderate vt suā plationē q̄ dignuꝫ se estimat esse: q̄ diu vult possidere: sine vllo obstaculo habere possit.

De vno q̄ druplici. Capl'm. XXV.

Vnum est q̄ druplex: qꝛ plerūq̄ se hō attollit in opinione: volūtate locutione ⁊ ope: vt cum laude dignū se estimat: ⁊ eam appetit: ⁊ ipse se laudat: ⁊ quedā magna opet vt laudē acquirat. Quindecim itaq̄ sunt extollētie genera: q̄ tuoꝛ simplicia: q̄ sunt mala. Sex duplicia q̄ sūt peiora. Quatuoꝛ triplicia q̄ sunt pessima. Unū ꝓo q̄ druplex q̄ ceteris oib̄ ꝑ eius est. Quāto em in plurib̄ hō extollit: tanto excellentia ipa peiorat. Itē sciendū qꝛ solius opis excellentia q̄ semp est p ignorantiā est mala. Solius aūt locutionis peioꝛ. Solius ꝓo opinionis pessima. Solius aūt volūtatis oib̄ alīs peioꝛ. Stultū est em cum aliqua vilis ꝑsona p ignorātiā afflidet iuxta dignā. Sed stultius est cū inde se iactat dignā. Stultissimū ꝓo cū huic se estimat dignā. Multo autē stultius est cū vult residere iuxta eā: cū sciat se inde esse indignam ea. Cōtra eā extollentiā q̄ est in ope: ipe dñs ait. Cū inuitatus fueris ad nuptias: recūbe in nouissimo loco. Cōtra eā ꝓo que est in locutione. Salomon dicit: Laudet te alienū ⁊ nō os tuū. Cōtra eā q̄ ē in opinione apl'us ait: Noli altū sape: sed time. Cōtra eā ꝓo q̄ est in volūtate: dñs iteruꝫ dicit discipulis suis: Qui voluerit inter vos ꝓmus esse: erit vester seruus. Contra oīa ꝓo extollentie genera: Itē ipse dicit: Omnis q̄ se exaltat: hūiliabit: ⁊ q̄ se hūiliat exaltabit.

Luc. xiiij

Prouab xxvij

Roꝛ. xj.

Mat. xx

Luc. xiiij

De curiositate ⁊ eius diuisione: Capitulum. XXVI.

Curiositas est studiū pscrutandi ea q̄ scire nulla est vtilitas. Huiꝰ aūt sedecim sūt genera: e q̄ hoꝛ q̄ q̄ sunt simplicia. Sex duplicia: Quatuoꝛ triplicia. Unū ꝓo quadruplex.

De q̄ q̄ simplicib̄. Capl'm. XXVII.

Quinq̄ itaq̄ sunt simplicia: quia aliqñ in sola cogitatione curiositas est: vt cū aliq̄s studiose cogitat quō alterius secreta scire valeat. Aliqñ in verbō: vt cum illud curiose interrogat. Aliqñ in actu: vt cū circa illū deambulat: q̄ si aliquid q̄rat: si forte qō q̄rit in dicio aliquo cognoscere valeat. Aliqñ in visu: vt cū sollicite ꝓsiderat q̄ ille intendat: q̄d agat: quō sedendo: stando: ambulando: vel aliq̄ alio mō se habeat. Aliqñ in auditu: vt cū intente auscultat q̄d ille de alio: aut alius de illo dicat.

De sex duplicib̄. Capl'm. XXVIII

vel saltē deponi de cruce cū a te dñe hoc fuerit mandatū. Sed neq hoc desidera re vt ab hac cito facias me deponi: sz vt semp mallē ꝓpter te pendere in cruce cū a miseriis hio faciasme in abscōdito sepeliri. Tu enī dñe nec descēdisti d crucē: nec sic te deponi petisti. Volūtas g sp affligēdi ꝓ augmēto tue laudis: crucis erit longitudo. Si q̄s g vult venire post me: tollat crucē suā q̄tidie z seq̄tur me. et sic curratꝓ medio vie pfectiōis. Si nos tollamus: dñe tuipse portabis.

Lu. ix.

Finē aūt viā pfectiōis. i. pseuerātiā in volūtate sp ꝓ te patiēdi innuis in eo q̄ dicis: quotidie. Si enī vno die prius cū tu iusseris: crucez deponere volum⁹: eā q̄tidie tollim⁹ Qui āt pseuerauerit vsq tu eam deponas. hic in abūdāti laude tua sepulcrū ingredietur pacis eterne. Quānis in ꝗ verbo intelligere possum⁹: q̄ sicut cruciat⁹ ꝓ tua laude q̄tidie deficiēdo cadit: ita crucē q̄tidie tollere debem⁹: laud ꝛ tue desideriū resumēdo.

¶ Erūt q̄nto diutius iacet: tanto difficilius tollitur.

Qua vero intētione in via ista sit ambulandū: innuis vltimo cū dicis: seqitur me. Qd tā de gressu corpis cū dē mētis possum⁹ intelligere. Quia multi nō solū portantes crucē. sz z se suspēdentes in cruce: te gressu corpis sunt secuti. Seq̄mur igit te nō tm gressu bonoꝝ operū: sz z intētiōe cordiū: vt nō solū ꝓsidere mus quibꝫ opibus nos ꝓcesseris: sz qua intentiōe feceris z in hac te seq̄ studeam⁹ Inueni in⁹ aūt q̄ in oibꝫ cogitatōibꝫ verb et factis tuis ꝓcipaliter q̄sieris gl'az tui patris. Tu g dñe Jesu xpe dirige intētiones nostrā vt in omibꝫ gl'iam ei⁹ q̄ram⁹ et tuā nos abnegādo: pfundū: sublimitatē: latitudinē z lōgitudinē crucis portādo: z in ea pseuerādo ad laudē z gl'iam tuā. Qui cum patre et spūsctō viuis ac regnas ds: Per omnia secula seculoꝝ: Amen.

¶ Beati Anselmi liber de mensuratione crucis explicit.

¶ Eiusdem beati Anselmi liber meditationum incipit.

A

Domine deus meus da cordi meo te desiderare: desiderando q̄rere querendo inuenire: inuenendo amare: amādo mala mea redimere: redēpta nō iterare: da dñe deus cordi meo pnie cōpūctionē: spiritui cōtritionē: oculis lacrimaꝝ fontē: mānib⁹ elemosyne largitatē. Rex me⁹ extingue in me desideria carnis: et accende vim tui amoris. Redēptor me⁹ expelle a me spm̄ supbie: z ꝓcede mihi ꝓpiti⁹ thesauꝝ hūilitatis tue: Saluator me⁹ amoue a me furorē ire: z indulge mihi sensuꝝ patientie. Creator me⁹ euelle a me animi rancorem et largire mihi mētis dulcedinē. Da pie clementissime solidā mihi fidē: spem ꝓgruā caritatē pfectā. Rector meus auerte a me animi vanitatē: mētis incōstātiam: cordis vagationē: oris scurrilitatē: oculōrum elationē. ventris ingluuiē: opprobria primoꝝ: scelera detractionū: curiositatē pruriginē: diuitiaꝝ cupiditatē: potētatuū rapinā: inanis gl'ie appetitū: hypocrisis malū: adulationis venenū: ꝓtemptū inopū: oppressionē debilū: auaricie ardorē: inuidie rubiginē: blasphemie mortē. Reseca in me temeritatē meoꝝ factorū iniquā pnaciā: inq̄etudinē: ociositatē: somnolēniā pigriciā: mentis hebetudinē: cordis cecitatē: sensus obstinationē: moꝝ truculēniā boni inobediēntiā: ꝓsilij repugnationem lingue effrenationē: pauperꝝ ꝓdā: impotētū violentiā: innocentū calūniā: subditorum negligentiā: circa subditos seuerita tē: aduersus domesticos impietatez: erga primos duriciā. Deus me⁹ misericordia mea B
oro te ꝓ dilectū filiū tuū: da mihi opa mie pietatis studia: cōpati afflictis: subuenire egenis: succurrere miseris: cōsulere erroneis: cōsolari mestos: relcuare oppressos: paupes recreare: flebiles refouere: dimittere debitoribꝫ: pcere in me peccantibus: odientes me diligere: ꝓ malis bona red-

Meditationū

dere: neminē ōspicere sz honorare: bonos imitari: malos cauere: futures āplecti: vitia reijcere: in aduersis patiētiā: in pspeis cōtinentiā: custodiā oris: z ostiū circūstātie labijs meis: terrena calcare: celestia sitire. Ecce plasmator me⁹ multa rogauī cū nec pauca pmerui. Fateor heu fateor: nō solū q̄ postulo nō debenk bona sz multa mihi debēk z exq̄sita suplicia. Animār me publicani: meretrices z latrones: q̄ a fauciby hostis momētanee eruti: siniby recipiunk pastoris. Tu eīn oīm factor de⁹ licet in cūctis tuis sis mirabil' opiby: mirabilior tū in visceriby crederis pietatis. Vñde temet p quendā tuū dixisti. Miserationes ei⁹ sup oīnia opa eius: z q̄ si de singulo loquēte: de vniuerso ꝓ'lo tuo dixisti confidenti. Misericordiā meā nō dispergā ab eo. Nullū eīn spernis: nullū abijcis: nullū phorrescis: nisi q̄ te forte amēs exhorruerit. g nō mō nō irat⁹ pcuti sz te irritantiby dona si q̄sierint tribuis: de⁹ me⁹ cor mu salutis mee z suscep tor me⁹. Ego infelix te irritaui: ego malū coram te feci furorē tuū pnocaui: irā promerui: peccaui z passus es: deliqui z adhuc sustines. Si penitet parcis: si reuertor suscipis: insup diuz differo pstolaris. Reuocas errantē: inuitas repugnantē: exercitas torpentē: amplecteris redeuntē: doces ignorātē: merentez mulces: a ruina suscitas: post lapsum reparas: petēti largiris: q̄renti inuenirs: pulsanti aperis. Ecce dñe de⁹ salutis mee: q̄d opponā nescio: q̄d respondeā ignoro: nullū confugiū: nullū a te patet latibulum. Ostēdisti bene viuēdi viā: dedisti gragiēdi sciam: minatus es mihi gehennā z pollicit⁹ es paradisi gl'iam. Nūc pater misericordiarū z tot⁹ ꝓsolationis: pfige timore tuo carnes meas: q̄ ten⁹ q̄ minaris metuēdo euadā. z redde mihi ꝓpitius leticiā salutaris tui: vt q̄ spōdes diligēdo ꝓcipē. Fortitudo mea dñe: firmamētū meū de⁹ et refugiū meū z liberator meus: suggere quid de re cogitē: doce q̄ bus sermōiby inuocē: de quiby opibus te placē. Scio nāq̄ scio vnū q̄ placaris: z aliud q̄ nō spernis. Est vticq̄ spūs ꝓtribulatus tibi sacrificiū: z acceptas cor cōtritū z humilia tū. His me de⁹ meus: adiutor me⁹ dita muneriby. His ꝑ inimicū mū ꝓtectioniby: hoc de flāmis vitioꝝ pstā refugiū: hoc a desideriorum passioniby pandepius refugium: Fac dñe virtus salutis nec ne sim in eorum ordine q̄ credūt pspero tpe: z recedūt tēptationis tpe. O bumbra caput meū in die belli: esto spes mea in die afflictionis mee: z salus in tpe tribulationis mee. Ecce de⁹ illuminatio mea z salus mea: rogaui q̄ bus egeo: intimaui q̄ timeo: sz reuordet me pscia: rephendūt me cordis secreta. z q̄d amor ministrat: timor dissipat: zelus iuerat: met⁹ increpat acte vite fortitudinē: sz tua ingerit pietas fiduciā. Tua hortat benignitas: mea ōhortat malignitas: z vt veri⁹ fatear: occurrunt memorie phauta smara pcōrū: q̄ reuerberāt aciem: vel audaciā pstiment: ū animorū. Cū eīn odio q̄s dign⁹ sit: q̄ fronte gratiam req̄rit? Cū pena debek: q̄ temerirare gl'ia poscit? Accessit iudicē: q̄ postposita satisfactione delicti: pmijs querit honorari. Regi insultat obnoxius suplicio q̄ flagitat donari indebito pinio. Et dilecti pris affectū stultus exacerbat filius: qui post illatas cōtumelias ante penitudinē hereditatis vsurpat celsitudinē. Q̄d mi pater me egisse recolo: merui mortē z peto vitā: cōmoui regem meū: cui⁹ impudēs nūc inuoco auxiliū: contēpsi iudicū iudicis: quē temere postulo aduersorez: insolens reuni audire patrē quē demū pstumo hēre nitorez. Heu mihi q̄z sero venio: heu heu q̄z tarde festino: heu quia curro post vulnera: dedignatus incolumis pcauere iacula: negleti pspicere tela: modo sollicitor de morte vicina: vulneriby influxi: qz scelera sceleribus addere nō timui: recenti tabe cicatrices respersi: qz prisca flagitia modernis inquinationiby reciprocaui z quie diuina soli dauerat gratia vel medicia: mea dissoluit pruriqo phrenetica. Cutis que superdūcta vulneriby morbū celauerat: sanie erūpente putruit: qz iterata iniqtas pcessam

ps. c.xxx ij.

D

E

3

i.xliiij.

ps. lxxx ij

ps. cxvij.

E

ps. cxviij

ps. xvij.

misericordiā extinauīuit. Nouī q̃pe scrip̃tū: In q̃cunq̃ die iustus peccauerit: oēs iusticie eī in obliuiōe erunt. Si iusticia abolet iusti ruentis: quāto magis pcōtis in idīpm ruentis? Quotiēs vt canis redij ad vomitū: ⁊ vt sus petij volutabrū? Fateri mihi itaq̃ ⁊ recordari īpossibile ē q̃t mortaliū boīes peccare ignorātes docuit: nolentibꝫ delinq̃re ꝓuasi: resistētes coegi volentibꝫ ꝓsensi: quot sane gradientes in laq̃um du viuiā q̃rentibꝫ foueā retexi: mala patrare nō horui: donorꝫ dei obliuisci nō meruī. Sz tu iuste iudex signasti quasi in sacculo pecuniā pctā mea: ⁊ obseruasti oēs semitas meas ⁊ cūctos gressus meos dinumerasti. Tacuisti semper: siluisti patiēs fuisti. Ue mihi: demū loq̃ris quasi pturiens. Deī deorꝫ dñe: p̃ stabilis supnequitiā: noui q̃ manifestus venies: noui q̃ nō semp silebis: cum in ꝓspectu tuo ignis exardescet ⁊ in circūitu tuo tempestas ingruerit valida: cū aduocauerit celū desursum ⁊ terrā discernere ꝓplm tuū. Ecce tot milibꝫ ꝓplorꝫ nudabunt oēs iniquitates mee: tot agminibꝫ patebunt scelera mea: nō solū actuū: sed etiā cogitationuz simulq̃ locutionū. Tot iudicibꝫ inops astabo q̃tquot me p̃cesserunt in bono opere. Tot arguentibꝫ ꝓfundar q̃tquot mihi prebuerūt sancta viuēdi exēpla. Tot vincar testibꝫ: q̃t me monuerūt pficuis fmonibꝫ sepeq̃ imitādos iustis mihi dederūt actionibꝫ. Dñe mi deus nō suppetit q̃d dicā: nō occurrit q̃d respondeā: ⁊ ecce iā illi interfum discrimī: vrget me ꝓscia: cruciant cordis arcana: coartat auaricia: accusat supbia: ꝓsumit invidia: inflāmat ꝓcupiscentia: incestat luxuria: dehonestat gula: ꝓfutat ebrietas: detractio lacerat: ambitio supplantat: rapacitas obiurgat: discordia dissipat: ira pturbat: leuitas deijcē torpor oppunit: hypocrisis fallit: adulatio frāgit: fauor extollit: calūnia pungit. Ecce liberator me ī de gentibꝫ iracūdis. Ecce cū quibꝫ viri a die natiuitatis mee: q̃bus studui: quibꝫ fidē seruaui: ipa me studia que dilexerā dānant: q̃ laudauerā vituperant. Hi sunt quibꝫ acquieui amici: quibus parui magistri: quibꝫ seruiui dñi: cōsules quibꝫ credidi: ciues quibꝫ cohabitaui: domestici q̃bꝫ consenui: Heu mihi rex meus ⁊ deī me: q̃ incolatus meus prolongatus est. Ue mihi illuminatio mea: q̃a habitaui cū habitantibꝫ cedar. Et cū sanctus direxit multū: quāto magis ego infelix dicere possum: nimis incola fuit anima mea. Firmamentū meū: nō iustificabit incōspectu tuo oīs viuēs: Spes mea nō est in filijs hoīm: quē si remota pietate iudicaueris iustuz inuenias: ⁊ nisi p̃ueneris miserādo impiū: nō erit quē glifices piū. Credo nāq̃ salus mea q̃d audiui: quōbenignitas tua ad pniam me adducit: turris fortitudinis: sontierūt necessaria mihi labia tua. Nemo p̃t venire ad me nisi pater qui misit me traxerit eū. Enimero q̃ istruxisti me tātaq̃ ꝓpitius institutōe formasti totis medullis cordis: toto annisu mentis te omnipotēs pater cum dulcissimo puero teq̃ dulcissima proles cū serenissimo suo coo pacito. Trahe me q̃tenus post te curre re in odorꝫ vnguētorꝫ tuorꝫ dilecter. Quā magna dñe deus meus mlitudo dulcedinis tue quā abscōdisti timētibꝫ te: Abscōdisti quia ꝓseruasti: nō q̃ abscōdisti. Abstulisti cū ea magis multiplicasti. Solet aliqñ q̃d abscondit diligentī inuestigari: ⁊ inuentū artī amari: dilata in te non minuūt: sed magis crescūt desideria. nō ē ergo tu amor trāsitorius sz eternus. Qui te diligūt nō tepescūt: sz ferueſcūt: Nō est tuus amor ociosus: memoria tua supmel dulcis: meditatio de te plus q̃ cibꝫ suauis De te loqui plena est refectio: te nosse perfecta cōsolatio: tibi adherere vita et na a te separari mors ꝓpetua. Fouoriu bis q̃ te sitiūt: esca indeficiēs q̃ te esuriūt. Gloria te q̃rentibꝫ: gaudiū inuenientibꝫ. odor tu suscitat mortuos. respectu curat egros. lux tua oēm fugit caliginez: visitatio tua cunctā repellit tristiciā. Nullus apd te meror: pcul a te omnis dolor: nulla tecuz mesticia: nulla indigētia. nulla vbi es necessitas: nullius boni est difficultas: nū-

Ezech. xviij.

esa. xlij. F.

Job. vj.

¶ Meditationū

ibi tenebre nec terror noiak gehēne: nullus nocis tetra cecitas: nec tumult⁹ improbitas: nunq̄ famis sitisq̄ iopia: frigoris nec estus circa te morak penuria: nō ī ualitudo corpis: psus nec corruptio mētis: nō zei⁹ neq̄ ꝓtentio nec oīno ambitio illinc abest sollicitudo finis et cura mortis: labor senectuī: lāguor egritudis: ibi nescik passio aeris ⁊ varietas tpis. Hec ē eīm mag̃ multitudo dulcedis tue dñe quaz abscōdisti timētibꝫ te: sz pfecisti sperantibus in te. O q̄ bona abscōsio q̄ efficik pfectio: nō eīm hec abscōsio estimak pditio: sz magꝭ cōseruatio q̄ fit pfectio. O gloiose rex q̄ vera sūt ma iudicia iustificata in se metipa: ꝑe desiderabilia sup aurū ⁊ lapī dē pciosum multū vtiq̄ ⁊ dulciora sup mel et fauū. O vita mea: de⁹ meus: rogo te p nomē redēptoī mei dilecti filij tui: largiri ꝓpitius vt custodiā ea. Cognoui nanq̄ qz in custodiēdis illī retributio multa. Gloria mea: de⁹ meus: abscodis thesarū tuū vt incites cupidū: recondis margaritā vt augeas q̄rentī amorē: differs dare vt doceas petere: dissimulas audire petentē vt facias pseuerantē. Postremo incipiētibꝫ querere pmittis: vt nō nisi vere pseuerātibꝫ salutē tribuas: qd plane indicat illa flebilis q̄ tuū in sepulchro natū xpm iter mortuos q̄rebat viuū: durātibꝫ adhuc tenebris quā accēderas vt q̄reret: sz querenti disparebas vt pseueraret: perseuerauit spans: ⁊ spanit pseuerāo: ⁊ qz in spe pseueraut: videre te meruit. Btā visio ⁊ plena exultatio. O summū gandiū ⁊ ꝓsūma tū desideriū: desiderabil vultus: iocūdus aspectus. O spes ⁊ felix pseuerantia: nisi eū sparet nō pseuerare: ⁊ nisi pseueraret: spei fructū nō ꝓciperet. Sic eīm deus meus: misericordia mea abscōderis timentibus te: vt i meniaris spantibꝫ te: sic elōgaris q̄rentibꝫ vt appropinques pseuerātibꝫ. Qui elōgāt se a te pibūt: q̄ aūt expectant te nō ꝓfundent. Qui tunēt te spent in te: quī ꝓtector ⁊ adiutor eoꝝ es. Per timorē venik ad amorē. Timēdus eo vt dominus: amādus vt pī. Timor tu⁹ sanct⁹ permanet: qz sanctos pmanere facit quos possidet. Nihil deest timētibꝫ te: qz oculi tui sup eos ⁊ aures tue in pces eoꝝ. Misericordia mea ⁊ refugiū meum: suscep tor me⁹ ⁊ liberator me⁹: sic timorē adhibeo mihi vt amorē subinferas: sic irroga metum vt tui augeas desiderū: sicq̄ me pticipez timentiū te: vt ⁊ custodiētiū mādata tua facias: vt p timoris seruitutē ad amoī pingere mercar gratiā. Inuoco te de⁹ meus inuoco te: qz ꝓpe es oībꝫ inuocantibꝫ te: sz inuocātibꝫ in ꝓitate. Tu eīm veritas es: doce me: q̄so clemētiā tuā sctā: veritas inuocare. qz quō hoc fieri oporteat nescio sed doceri a te btā veritas hu mlr iploro. Abs te sape desipere est: te vero nosse pfectū est scire. Erudi me o diuīa sapia: ⁊ doceme legē tuā. Credo sane: qz quē tu erudieris btūs est: ⁊ de lege tua docueris eū. Desidero inuocare te: qd q̄so vt fiat in veritate. Quid est in veritate vocare veritatē nisi in filio pīem? Ergo sancte pī ꝓmotu⁹ veritas est: ꝓncip iū ꝓbꝫ tuoꝝ veritas. Hoc quippe est verboꝝ tuoꝝ ꝓncipium. qd in ꝓncipio erat ꝓbū. In ipo ꝓncipio te summū adoro ꝓncipiū: in ipo veritatis verbo te pfecta inuoco veritao: q̄ in ipa tandē dirigas me: ⁊ doceas in veritate. Quid eīm dulci⁹ q̄ genitorē in noiem geniti exorare pīem: recordatione filij ad pietatē plectere: regē charissime prolis denotatiōe mitigare? Sic rei solēt carceribus eripi: sic mācipati vinclis liberari: sic tristē capitis excipiētes sniam: nō solū vitā: sz insup nanciscī insolitā grām: dūmodo iratis pībꝫ dilecte proles intimauerit caritatē. Sic delinq̄ntes seruuli euadūt suppliciā dñoꝝ: dū pro eis interuenit dulcedo filioꝝ. Sic te pater omnipotēs p omni potentis filij tui postulo caritatē: educ de carcere aīam meā ad ꝓfitendū nomī tuo: libera me a vinculo pctoꝝ: per coeternū tibi vnicū flagito natū: mecq̄ cui ꝓpria metita letabilē minank sententiā: pciose ad dexterā tuā consedentis prolis interpellatione restaura placatus ad vitā. Quez aliū eīm dirigā intercessorē pro me tibi ne-

ps. xviij.

ps. lxxij.

ps. xxiiij.

sci: nisi hunc qui est peccatis nris propitiatio: qui sedet ad dexterā tuā: q etiā cōmuni sibi gloria pictā tē tuā interpellat p
℣ nobis. Ecce aduocat⁹ me⁹ apud te deū et patrē: ecce pontifex summ⁹ q nō eget alie nō expiari sanguīe: qz ppio fulget profusus cruore. Ecce hostia sctā beneplacēs z perfecta in odorē suauitatis z oblata z ac
Esa. liij. cepta. Ecce agn⁹ sine maculā q se coram tondentib⁹ obmutuit: q plagis cesus: sputis illitus: pbris affect⁹ os suū nō aperuit. En qui pctm nō fecit: peccata nra ptulit: z languores nros suo liuore sanauit. Aspice pie pater pissimū filiū tuū z pmetam impio passum. Respice pater clementissime cū qui patit: z reminiscere benign⁹ pro q patit. Nōne hic est ille innocēs mundē: quē vt seruū redimeres: filiū tradidisti? Nūqd nō auctor vite hic est: q vt ouis ad occisionē duct⁹ tibiq obediēs vsq ad mortē fact⁹: atrocis nō timuit necis subire gen⁹? Recole tot⁹ salutis dispositor. qz hic ipe est quē etsi ex tua virtute genuisti: mec tamē infirmitatis ptcipē fieri voluisti. Vere hec est tua dcitas que meā induta naturā crucis ascendit patibulū: q assumpta q carne triste tulit supplicium.
Reduc de⁹ me⁹ oculos maiestatis sup op⁹ ineffabilis pietatis: intuere dilectū natū toto corpe extensum: cerne man⁹ innocuas pio manātis sanguine: z remitte placa
℣ tus scelera que patrauerūt man⁹ mee. Considera latus crudeli fossum cuspide: et re no tua me sacrosancto fonte illo quem inde fluxisse credo. Vide immaculata vestigia q nō steterūt in via peccatorū: sed semper ambulauerūt in lege tua: diris cōfixa clauis: z pfice gress⁹ meos in semitis tuis fac me odio habere oēm viā iniqtatis: viam iniqtatis misericors amoue a me: fac q me ppitius viā veritatis eligere. Oro te rex seculorū p hunc redēptorē meū: fac me currere viā mādatorū tuorū: vt ei valeam spū vniri q nō horruit mea carne vestiri.
Nunqd nō attēdis pie pater adolescentis filij carissimū caput nunc ceruice deflexa: pciosa resolutū in morte? Aspice mitissime pdilector dilecte soboles humanitatē z miserere sup infirmi plasmatis debilitatē. Cādet nudatū pectus: rubet crucatū latens arent viscera: decora languēt lumia regia pallēt ora: proccra rigēt brachia: pēdēt crura marmorea: rigat terebratos pedes sancti sanguis vnda. Specta gliose genitor gratissime plis laceratā mēbra z memorare benign⁹ que mea est substantia. Cōspice dei hōis penā: z relcua pditi hominis miseriā. Vide redēptoris supplicium. z remitte redēpti delictū. Hic est dominicum quē pter pctā pli tui peussisti licet ipe sit dilectus in q tibi bene cōplacuisti. Hic est ille innocēs in q dol⁹ inuent⁹ nō est: z tū cum iniqs reputat⁹ est: Quid cōmisisti dulcissime puer vt sic indicaretis? Quid cōmisisti amātissime iuuenis vt sic tractareris? Quid scel⁹ tuū: q noxa tua: q causa mortis: q occasio tue dānationis? Ego cū sum: tui plaga doloris: tue culpa occisiōis. Ego tue liuor passiōis: tui cruciatus labor. Ego tue mortis meritū: tue vindicte flagitiū. O mirabil cēsure cōditio: z ineffabilis mysterij dispositio: peccat iniqu⁹: z punit iustus: deliquit reus z vapulat innocēs: offendit impi⁹: dānat pi⁹. qd merē malus: patit bonus: qd perpetrat serui⁹: exoluit dominus: qd cōmittit homo: sustinet deus. Quo nate dei: q tua descendit humilitas: quo tua deflagrauit caritas: quo pcessit pietas: quo excreuit benignitas: q tuus attigit amor: quo peruenit compassio? Ego cū iniq egi: tu pena mulctaris. Ego facinus admisi: tu vltione plecteris. ego crimē edidi: tu torture subijceris: ego supbiui: tu humiliaris. ego tumui: tu attenuaris. ego inobediēs extiti: tu obediēs patri seclus inobedientie luis. ego gule parui: tu inedia afficeris: me ad illicitū rapuit pcupiscētia ardorē: te pfecta caritas ducit ad crucē. ego pōsumpsi veritū: tu subijsti eculcū. ego ōlector: cibo tu laboras in patibulo: ego fruor delitijs tu laniaris clauis. ego pomi dulcedinem tu fellis gustas amaritudinē: mihi ro tridens congaudet Eua: tibi pie plorās cō

¶ Medtationū

O rās compatiſ maria. Ecce rex gloſe: ecce
ſpietas mea: ⁊ claret tua pietas: en mea i
uſtitia: ⁊ tua liquet iuſtitia. Quid deus
meus ⁊ rex me⁹? Quid retribuā tibi ꝓ oi
bus q̄ retribuiſti mihi? Hō enim inueniri ꝑt
in corde hoīs qd̄ ꝓdigne talib⁹ referatur
premijs. Nunq̄d ꝑt ſagacitas machinari
hūana cui ꝓparet miſeratio diuina? Nec
eſt creature mollirī officiū quo iuſte crea
toris recōpenſet ꝑſidiū. Eſt aūt natē dei i
hac tua admirabili diſpoſitione: cui mea
fragilitas in aliquo ſeꝑpediret: ſi mia viſi
tatiōe compuncta meno carnē ſuā crucifi
gat cum vitijs ⁊ ꝓcupiſcentijs. Et ſi hoc
a te ꝓcedit: quaſi iam tibi incipit compa
ti vel viuere: quia ⁊ tu ꝓ peccatorib⁹ digna
tus es mori: ſicq̄ per interiorē victoriā te
ducet ꝓmabit ad exteriorē palmā: qua de
uicta ꝑſecutione ſpiritali non feratur pro
amore tuo ſubijci gladio materiali. Ita exi
guitas cōditionis ſi tue cōplaceat pieta
ti: magnitudini valebit ꝓ viribⁿ ſponde
re conditoris. Et hoc celeſtis medicie bo
ne ieſu: hoc tui antidotū amoris. Oro te
per antiquas miſericordias tuas: infun
de meis viſceribⁿ vt reiecta viperee cōta
gionis labe: reintegret me incolumitati ꝑ
ſtine: quo guſtato nectare tue ſuauitatis:
faciat me illecebroſa mūdi ꝓſpera toto af
fectu deſpicere: ⁊ mille ei⁹ aduerſa pro te
formidare: memorq̄ ꝓpetue nobilitatis ſp
faſtidiā ventoru⁹ trāſitorij timoris. Ni
hil q̄ſo ſine te mihi dulceſcat: nihil cōpla
ceat: nihil p̄cioſum: nihil ꝑter te mihi ar
rideat ſpecioſum: viteſcāt obſecro abs te
mihi omnia: ſordeſcāt vniuerſa: qd̄ tibi ad
uerſum eſt: ⁊ mihi moleſtū ſit: ⁊ bene pla
citū indeficiēs deſideriū. tedeat me gau
dere ſine te ⁊ dēlectet me triſtari ꝑ te. Sit
mihi nomē tuū refocillatio: ⁊ mēoria tua
mea ꝓſolatio: fiant mihi lacryme mee pa
nes die ac nocte: tuao inueſtigādo iuſtiſi
catioes: ſit bonū mihi lex oriō tui ſup mi
lia auri ⁊ argenti: ſit obedire nbi amabile
reſiſtere execrabile. Rogo te ſpes mea per
oēo pietates tuas vt ꝓpiteris omnib⁹ in
quitatib⁹ meis. Ada peri aures meas mā
datis tuis: ⁊ ne declineo flagito ꝑ nomē
ſanctū tuū in verba malicie eor meū ad ex
cuſandas excuſationes inꝑctis. Peto etiā
per admirabile humilitatē tuā: non veni
at mihi pes ſuꝑbie: et manuo peccatoris
nō moueat me. Ecce omnipotens deus ꝑ
dūi mei: diſpone benign⁹ quo mihi miſe
rano: quomodo quicq̄d p̄cioſius inueni
deuote tibi obtuli: quicq̄d carius reperi:
ſupliciter p̄ſentaui: mihi nihil reliq̄ qui
tue expoſuerim maieſtati: nihil iam ſuper
eſt qd̄ adijciā: quia totā tibi delegaui ſpē
meā. Direxi tibi aduocatū meū: tuum di
lectū filiū: miſi gloriosam progeniēi ut me
et te mediatorē. Miſi iuquā intercessorē
per quē confido veniā: miſi verbis: qr pro
meis dicā miſſum factis: eum meraui ſan
ctiſſime nbi ſobolis mortē quā pro me fu
iſſe credo ꝓpeſſam. Credo a te miſſam dei
tatē: noſtrā ſuſcepiſſe humanitatē: in qua
dignū duxit vincula: alapas: ſputa: irriſi
onesq̄ ꝑferre: necnō crucē clauosq̄ ſuſci
pere. Hanc olim infantie vagitib⁹ demo
litam: puericie pannis aſtrictā: ſudoribus
vexatā: ieiunijs macerata: vigilijs afflictā
ſtineribⁿ feſſam: poſt affectā flagrio: lace
ratā ſupliciis: deputatā cū mortuis. Di
tatam vero gloria reſurrectionis celeriz
gaudijs induxit et in dextera tue celſitu
dinis collocauit.

Tu placatio mea ⁊ ꝓpitiatio mea hic in
tende pius quō genueris filium: ⁊ quem
redimeris ſeruū: hic aſpice factorez: ⁊ ne
deſpicias facturam: amplectere ſeren⁹ pa
ſtorē: ⁊ recipe miſericors allatā ꝓ ijs bōne
ris oucin. Hic ipe eſt fidelliſſimus paſtor
ille qui dudum errabundā ouem ꝑ abru
pta montiū: ꝑcipitia vallū multis queſie
rat: varijſq̄ laboribⁿ: qui iam moriēti iaz
per longa exilia deficienti: tandē immente
gaudens ſe ſupponit ⁊ miro ſibi aduiſu ea
ritatis innitam de ꝓfuſionis abijſſo leua
uit. pijſq̄ coaſtrictā cōplexib⁹ ad nona gi
nouēnā q̄ pertierat deportauit ouē: Ecce
dūe mi rex omnipotēs de⁹: ecce paſtor bo
nus refert tibi ouē quā cōmiſiſti xi. Su
ſcepit te diſponēte ad ſaluandū hoīez quē

tibi restituit omni labe immune: ecce tibi tuus carissimus plasma filius reconciliat: qd a te procul demanerat. En gregi tuo mitis pastor reformat qd predo violentus abegerat. reddit tuis p̃ipecuniis seruum: quem sua ꝓpria fecerat cõscienta fugitiuum: vt q̃ per se penam meruit: per factorem mundi meretur veniam: quique pro culpis suis sperabat gehennam: tanto diuciam p̃fidat reuocari ad priam. Potui per me te sancte pater offendere: sed nõ potui per me te mihi placare. factus est aduitor meus tu⁹ dilectus filius: mea pricipans humanitatem vt curaret infirmitatem: q̃ tenus vnde culpam emiserat offensiõis: inde tibi immolaret sacrificium laudis. meque per h̃ tuere deret pietati placabilem: quo sedes ad dexteram tuam semp mee substãtie ostenderet esse p̃sortem. Ecce spes mea: ecce tota fiducia. Si me p̃ me ꝓ vt dignum est despicis iniqtate: respice saltem misericors in me p̃ dilecte sobol' caritate: in filio attende q̃d propitieris in seruo. Uide carnis sacramentum: et carnis remitte reatum: recole qd bon⁹ perpessus est filius. et obliuiscere qd mal⁹ opatus est seruus. Quoniõ beate prol' tibi sancta patent vulnera: delatescant obsecro vulnera mea quoriens habet pretiosu⁹ sanguis pio de latere: deleat supplico tabes mee pollutiõis. Et q̃ te caro lacessiuit ad iram: caro te inflectat p̃ eor ad misericordiam: vt sicut me caro seduxit ad culpam caro deducat ad veniam. Dictu ꝗ̃ pe est qd mea meret impietas: longe aut maius est qd redẽptor mei possit pietas: magna eius est mea iniusticia: multo vero maior redemptoris mei iusticia. Quãto enim superior est deus homine: tãto mea malicia est inferior bonitate eius: vt qualitate ita etiã quãtitate. Quid eum delinquere posset homo: qd nõ dei filius redimeret factu⁹ homo: Que tantum superbia tumeret: q̃ nõ tanta humilitas sterneret: Quid nã esset maioris imperium qd nati dei nõ destrueret crucis supplicium: Flumina deus me⁹ se eq̃ lance inimicitias peccantis homis redimentis gratia liberet auctoris: nõ tantum oriens distat ab occidente: seu inferior separatur infernus a summo celi cardine: quantum pietas redẽptoris supat malicia peccatoris.

¶ Jam lucis optime creator iã culpis ignosce meis p̃ dilecti filij tui labores inmestis. Jam q̃so eius pietati mea ꝓpietas: et mo destie mea puerilitas: et mãsuetudini donetur ferocitas. Jã sua humilitas mea superbiam. patiens ei⁹ mea impatiẽtiã. benignitas duriciã. obedientia inobedientiã tranquillitas inquietudinem: dulcedo amaritudinem: suauitas iram: caritas lucifaciet crudelem obstinatiã. Jam diuini amoris patris omipotentis prolisq̃ beatissime sancta cõmunicatio: paraclite sancte spiritus: merentium clementissime p̃solatis spus alme. Jam cordis mei penetralibus potenti illabere virtute: et tenebrosa queqũ neglecte lucis latibula luminis coruscis fulgore pius inhabitator letifica: tuique ri ris abundãtia longo ariditatis marcescẽtia squalore visitando fecũda. Saucia interioris hominis arcana: tui amoris iaculo: et tepentis iecoris medullas: flãmis salutaribus penetrãdo succende: sanctique fernoris igne illustrãdo: mẽtis et corpis vniuersa depasce. Potamine tue voluntatis torrente vt iã nihil mundanor degustare libeat venenate dulcedinis. Judica me: et discerne de gente nõ sancta cãm meã. Doce me quia de⁹ meus es tu facere volũtatem tuã: Credo ergo: quecunq̃ inhabitaueris: in eo patris ac pariter filij domiciliũ condis. Beatus qui te merebit hospitẽ habere: quoniã p̃ te pater et filius apud eũ facient mansionem. Veni iam: veni benignissime dolentis aie p̃solator: in inopportunitatibus et tribulatõibus aduitor. Veni mũdator sceleris: curator vulneris. veni fortitudo fragilium: releuator labentium: Veni doctor humilium: destructor superbor: veni orphanor pius pater. Consolator miserorum: viduarum dulcis iudex: veni spes pauperum: refocillator deficientium. Veni sydus nauigantium: portus naufragantium. Veni o omnium inuentium decus singulare: morientium vnica salus. Veni sam

De meditatiōe redēptōis hūane

cissime spiritū: veni et miserere mei: apta me tibi ⁊ condescende propitius mihi: vt mea tue magnitudini exiguitas: meq; roboris mea imbecillitas scōm tuarum multitudinem complaceat miserationū. Per iesum. ⁊c.

X Miserere domine famulis ⁊ famulabus tuis. A. ⁊ dirige actus eorq; quotidie in bonum. ⁊ omnia peccata eorq; dimitte: ⁊ mitte in eorum corda talē intellectū: vt ex toto corde tibi fideliter seruiant ⁊ tibi placeant: ⁊ omni tempore in tuo sancto seruitio permaneant. Per.

Y Famulos ⁊ famulas tuas quesumus domine: fratres ⁊ sorores meos omnesq; debitores meos corpe pariter ⁊ mente purifica vt in tua inspiratione compuncti: noxias delectationes vitare prevaleant. Per dominum nostrū ie sum christum.

Dignus est mercenarius vel operarius mercede sua: orationib; tuis credit et optat iuuari: ⁊ sarcina peccatorū a te sublenari. Per dñm.

Beati Anselmi liber meditationuz explicit.

Capitulorum libri de meditatione redemptionis generis humani beati Anselmi Annotatio.

La. j. Quc sit ꝓtus saluatōis et vbi.
ij Cur sit occultata et tamdiu dilata.
iij Qua et cuius necessitate se sic humiliauit.
iiij Quemodo dicatur factus obediens et huiusmodi: cum sola libera voluntate hoc fecerit.
v De meditatione circa hoc ⁊ de quo gaudendum circa passionem christi.
vi De beneficijs hominū a christo exhibitis.
vij De gratijs agendis super his

Beati Anselmi de meditatione redemptionis generis humani liber incipit.

Quc sit ꝓtus saluationis ⁊ vbi. La. I.

Anima christiana: anima de grauī morte resuscitata: ania de misera seruitute cristi sanguine redempta et liberata: excita mentem tuā: memento resuscitatōis mi: recogita redemptionē ⁊ liberationē tuā: retracta vbi et que sit virtus saluationis tue: versare in meditatiōe eius: delectare i cōtēplatiōe eius exente fastidiū tuū fac vint cordi tuo: intende in hoc mentē tuam: gusta bonitatem redemptoris tui: accendere in amorem saluatoris tui: mande fauū verborum: suge plus q̄ mellitum saporē: gluti salubrē dulcorem: mande cogitando: suge intelligendo: gluti amādo ⁊ gaudēdo: letare mādēdo: gratulare sugēdo. iocūdare glutiēdo. Ubi ergo et q̄ ē virt⁹ ⁊ fortitudo saluatoris tui? Certe xp̄s te suscitauit. Ille bon⁹ samaritan⁹ te sanauit. Ille bon⁹ amic⁹ aia sua te liberauit. Cruc⁹ ligno. ꝓ ꝓt⁹ saluatōis tue: ꝓt⁹ ē xp̄i. Ubi ē ꝓt⁹ xp̄i: Utq; cornua i mānib⁹ ejus abscōdita ē fortitudo ei⁹. Cornua q̄dē i mānib⁹ ei⁹: qz brachijs crucis ꝓfixe fūt man⁹ eius q̄ ēt fortitudo in tāta infirmitate? Que altitudo in tanta humilitate? Quid venerabile in tanto contemptu? Sed certe iō absconditum quia in infirmitate: ⁊ ideo celatū: quia in humilitate. Ideo occultū quia in contēptu. O fortitudo absconditā: hominē in cruce pendentē suspendere morte eternā: genus humanū pcmentez hoīez in ligno confixū: defigere mūdū ꝑpetue morti affixū. O celata ptās: hoīem dānatū cū latrōib⁹ saluaf hoīes dānatos cū dēonib⁹ hoīez i patibulo extēsū oia trahere ad seipz. o ꝓt⁹ occlta vnā aiaz emissā i tormēto: innūerabiles extrahere ō iferno: hoīez morte corpis suscipere morte aiaz pi

Abac. iij

Cur sit occlta ⁊ tādiu dilata. (mere.

C Ur bone domine (Capitulū. II. pie redēptor: potēs saluator: cum tantā virtutē omnisti: tanta hūili

tate? An vt falleres diabolū: qui fallendo hominē deiecit de paradiso? Sz vtiqz veritas nullū fallit. Qui ignorat q̄ ñ credit veritatē: ipse se fallit. Qui videt veritatē et odit z pteuit: ipse se fallit. Veritas itaqz nullū fallit. An iō vtipe diabol⁹ se falleret? Sz vtiqz sicut veritas nullū fallit ita nō intēdit vt aliqs se fallat: qz nuls hoc dicat facere cū pmittit. Nō eni assūpsisti hoīem vt te notū operires sed vt ignotuz aperires. Vex deū vex hoīem te dixisti z opibz oñdisti. Res p se occultata fuit nō studio occulta, nō sic ē facta vt absconderet sed vt suo ordīe pficeret: nec vt aliquē deciper sed vt quēadmodū oportebat: fieret. Et si ōz occultata: nō ē aliud qz nō est omibz reuelata. Nā z si veritas nō oibz se mānifestat: nilli tñ se negat. Ergo dñe nec vt falleres nec vt aliqs se falleret sic fecisti sed vt faceres qd z quō faciēdū erat p oia in veritate pstitisti. Qui ergo se fefellit in tua pitate nō de te sed de ꝓpria grat falsitate. An diabol⁹ bēbat aliqd iuste aduersus deū vel aduersus hoīez ꝓpt qd ōs prius deberet aduersus eū pro homie ꝗ nō agere qz apta fortitudine, vt dū illectū illum hoīem iuste occideret: iuste ptātem quā sup iuiustos bēbat: pderet. Sz certe diabolo nec de⁹ debebat aliqd nisi penā: nec hō nisi vincere: ita vt quēadmodū ab illo se facile pmisit vinci peccādo: ita illū vinceret vsqz ad difficultatē mortis iusticiam integrā seruādo. Sed z ꝗ nōnisi deo debebat homo. Nā nō peccauit aduersus diabolū sed aduersus deū. nec hō diaboli erat: sed z hō z diabolus dei erāt Sed et qz diabol⁹ vexabat hoīez: nō ꝗ faciebat zelo iusticie z uequicie: nec iubēte deo sz pmittēte: nō diaboli sz dei iusticia exigente. Nihil ḡ erat in diabolo cur de⁹ aduersus eū ad saluandū hoīem fortitudiez suam celare aut differre deberet.

Qua et cui necessitate se sic hūiliauit.

Cap. III.

Al aliq̄ necessitas coegit vt altissimus sic se hūliaret: z omipotēs ad faciendū aliqd tm̄ laboraret? Sed oīs necessitas et impossibilitas ei subiacet voluntati. Quippe qd vult: necesse est esse. z qd nō vult: impossibile est esse. Sola ergo volūtate: et qm oīs eius volūtas semp bona ē: sola fecit ꝗ voluntate. Nō eni deus egebat vt ꝗ mō bominē saluū faceret: sed hūana natura indigebat vt ꝗ mō dño ōo satisfaceret. Nō egebat ōs vt tā laboriosa pateret: sz indigebat hō vt sic deo reconciliaret: nec egebat de⁹ vt sic hūiliaret: sed indigebat hō vt sic de pfundo inferni eueret. Diuina natura hūiliari aut laborare nō eguit nec potuit. hec oīa humanā naturā vt ad hoc restitueret, ꝓpter qd facta erat necesse erat facere: sed nec illa nec quicqd deus nō ē: poterat ad ꝗ sufficere: Nam hō ad qd institut⁹ ē nō restituit: si nō ad similitudinē angelorz in qbz nullū est pcūm, puebit. Qd est impossibile fieri nisi omī pcepta petōz remissiōe: q̄ nō fit nisi pcedēte integra satisfactione: quā satisfactionē talē oportz esse vt peccator aut aliqs pro illo det aliquid deo de suo qd debitū nō sit: quod superet omne qd deus nō est. Si eni peccare est deū exhonorare: et hoc homo facere nō deberet: etiā si necesse essz qcqd est qd deus nō est perire: vtiqz veritas immutabilis et aperta ratio exigit: vt qui peccat reddat aliquid deo p honore ablato maius qz sit hoc pro quo illū exhonorare nō debuit. Qd quoniā humana natura sola nō habebat: nec sine debita satisfactione reconciliari poterat: sic nec illa nec qcqd deus nō est ad ꝗ sufficere: Ne ergo iusticia dei in regno suo peccatū inordinatuz relinqret: subuenit bonitas dei: z eā in suam pson̄ assumpsit filius dei: vt ī ea pson̄a esset homo deus qui haberet qd superaret: nō solū omnē essentiā que de⁹ nō est sed et omne debitum quod soluere peccatores debent. z hoc cum nihil pro se deberet: solueret pro alijs: qui quod debebant reddere nō habebant. Preciosior est nam qz vita hominis illius qz omne quod deus non est: et superat omne debitum

De meditatiõe redẽptiõis hũane

quod debent peccatores pro satisfactiõe. Si cũ filius interfectio supat oẽm multitudinẽ & magnitudinẽ petõr q̃ cogitari pñt extra pſonã dei: palã est. quia vita ei magis est bona q̃ oia peccata sint mala que extra pſonã dei sunt. Hanc vitaz hõ iste cũ ex debito mori nõ debebat: qm̃ peccator nõ erat: spõte dedit de suo ad honorẽ patris: cũ eã sibi auferri ꝓter iusticiaz permisit: vt exempluz oib alijs daret: iusticiã dei ab illis nõ esse deserendã ꝓter mortẽ quã ex necessitate aliqũ solueres debent: cũ iste qui eã nõ debebat & seruata iustícia vitare posset: eã sibi illatã ꝓt iusticiã spõte sustineret. Dedit sitaq̃ humana natura deo in illo hoie spõte nõ ex debito qõ suũ erat. vt redimeret se in alijs i quibꝫ qõ ex debito exigebat reddere ñ habebat. In oibꝫ his diuina natura non est humiliata: sz hũana est exaltata: nec ẽ illa diminuta: sz ista mirifice ditata est adiuta.

¶ Quõmodo dicatur factus obediens et huiusmodi: cũ sola libera voluntate hoc fecerit. ¶ Capitulum. IIII.

Nec humana natura in isto homine passa est aliq̃d vlla necessitate sz sola libera voluntate. Nec alicui violentiẽ subcubuit: sz spõtanea voluntate ad honorẽ dei & vtilitatẽ alioꝫ hoim q̃ illi mala volũtate sũt illata: laudabiliter et misericorditer sustinuit. Nec vlla cogente obedientia: sz potenti disponẽte sapientia. Nõ enim illi homini pat vt moreret cogẽdo pcepit: sz ille qõ pñ placituꝫ: & hoibus pfuturꝫ intellexit ꝗ sponte fecit. Nõ enim ad hoc eũ cogere potuit pat: qõ ab eo exigere nõ debuit: nec patri tant̃ honor potuit nõ placere: quẽ tam bona voluntate filius spõte obtulit. Sic itaq̃ patri liberã obedientiã exhibuit: cũ hoc qõ patri placituꝫ scimus: spõte facere voluit. Deuꝫ q̃ qm̃ pater illi hãc volũtatẽ bonã dedit ꝗ ipse liberã: nõ imerito ꝗ quia eã velut preceptũ pñs accepit. Hoc itaq̃ mõ obediens fuit patri vsq̃ ad mortẽ. Et sicẽ mãdatũ dedit illi pater: sic fecit. Et calicem quẽ dedit illi pater: bibit. Hec est enim perfecta & liberrima humane nature obedientia cũ voluntatem suã liberã sponte volũtati dei subdit: & cũ acceptã bonã voluntatem sine omni exactione spõtanea libertate opere pficit. Sic hõ ille redemit omnes alios: cũ ꝗ quod sponte dedit deo: cõputat pro debito qõ illi debebãt. Quo pcio nõ semel tantũ a culpis homo redimit: sz etiã quoticus. cũ digna penitẽtia redierit recipit. Que tñ penitentia peccanti nõ pmittit. Quod qm̃ in cruce factũ est: p cruce nostri xps nos redẽit. qui ergo ad hãc gram volunt cuz digno affectu accedere saluant. Qui vero illã ptenunt: qz debitũ qõ dñt nõ reddũt: iuste damnant.

¶ De meditatiõe circa hoc: & de quo gaudendũ circa passionẽ xpi. ¶ Cap. V.

Ecce anima christiana: hec est virtus saluatiõis tue: hec est causa libertatis tue: hoc est pciũ redemptionis tue. Captiua eras: sz ꝗ modo es redempta. Ancilla eras: & sic es liberata. Sic es exul reducta: perdita: restituta: & mortua resuscitata. Hoc mãdat homo: ꝗ ruminet: hoc sugat: hoc glutiat cor suum cũ eiusdem redemptoris tui carnẽ & sãgui nẽ accepit os tuũ: hoc fac in hac vita q̃tidianũ panẽ & viciũ & viaticũ tuũ: quia p hoc & nõ nisi p hoc & tu mãebis in christo et christ̃ in te: & in futura vita erit plenũ gaudiũ tuũ. Sed o m dñe: tu qui vt ego vinerẽ mortẽ suscepisti. Quomodo letabor de libertate mea que nõ est nisi de vinculis tuis? Qualiter gratulabor de salute mea: cũ nõ sit nisi de doloribꝫ tuis? Quomodo gaudebo de vita mea que non ẽ nisi de morte tua? An gaudebo de his q̃ passus es: et de crudelitate illorum qui ea in ti fecerunt? Quoniam nisi illi fecissent tu passus non esses. Et si tu passus nõ esses hec mea bona non essent. Aut si de illi dolebo: quomodo de istis propt̃ que illa fuerũt: et que non essent nisi illa fuissent gaudebo? Sed certe illorum nequitia nihil facere potuit nisi qz tu spõte permisisti: nec tu passꝰ ees nisi qz pie voluisti. Illoꝫ itaq̃ ꝗ ob eo crudelitatẽ execrari mortẽ & labo

b. xiij
m. xiij.

tes tuos cõpatiendo imitari. piã voluntatem tuã grãs agendo amare ac sic secure de bonis mihi collatis exultare.

De beneficijs homini a xpo exhibitis.

Ergo homuncio: illo. Lap'm. VI. loq. crudelitatẽ dimitte dei iudicio: et tracta de his q̃ debes saluatori tuo. Confideta q̃d tibi erat et q̃d tibi factũ sit. ⁊ pensa q̃ ꝗ tibi fecit q̃ amore dignus sit. Intuere necessitatẽ tuam ⁊ benignitatẽ ei⁹: ⁊ vide q̃s gratias reddas: et quãtũ debeas amori eius. In tenebrĩ: i lubrico: i descẽsu subter irremeabile chaos inferni eras imersũ: ⁊ q̃ si plũbeũ pondus pendẽs a collo tuo te deorsum trahebat. Onus iportabile ꝗ sup te ꝑmebat: hostes inuisibiles te toto conatu ipellebãt. Sic eras sine oi auxilio ⁊ nesciebas: q̃ sic cõceptus ⁊ nat⁹ eras. O q̃d tibi tũc erat ⁊ q̃ te ista rapiebãt: expauesce memorãdo: cõtremisce cogitando. O bone dñe iesu xpe sic posito: nec petenti nec opinanti vt sol mihi illuxisti. ⁊ quõ erã oñdisti. Abiecisti plumbũ: q̃ deorsuz me trahebat: ⁊ remouisti on⁹ q̃ desup me ꝑmebat: impellẽtes me repulisti: ac illis te pro me oppoſuisti. Vocasti me noie nouo q̃ mihi ꝗ tuo nomine dedisti: ⁊ incruatũ a aspectũ tuũ erexisti dicẽs. Cõfide: ego te redemi: animã meam ꝑ te dedi. Si adheres mihi et mala in q̃b̃ eras euades: ⁊ in ꝓfũdũ q̃ ꝑperabas nõ cades sed ꝓducã te ad regnũ meũ ⁊ faciã te heredẽ dei ⁊ coheredẽ meũ. Exinde accepisti me in tuitionẽ tuam: vt nihil noceret a ie mee ꝓtra volũtatẽ suaz. Et ecce licet adhuc nõ adheserim tibi sic cõsuluisti: nõdũ tũ in infernũ me cadere ꝑmisisti: sed adhuc expectas vt adhereã et faciao q̃ ꝑmisisti. Certe dñe sic erã: et hoc fecisti mihi. In tenebrĩ eram q̃ nihil nec meipz sciebã in lubrico: q̃ imbecillis et fragilis ad lapsum ꝓcũ erã in descensu sup chaos iferni: quia in ꝓnus pendꝗ descenderã de iusticia ad ũiusticiã ꝑ quã descendit ad infernũ: ⁊ de beitudine ad tpalem miseriã: de q̃ cadit ad eternã miseriam. Pondus original peccati deorsum me trahebat: et onus importabile iudicij dei me ꝑmebat: ⁊ inimici mei demões vt me alijs peccatis dãnabiliorẽ facerent: quã tum in ipsis erat vehemẽter insistebant. Sic destituto oi auxilio: illuxisti mihi et quõ erã ostendisti. Quia et cũ ego nõdum hoc noscere poterã: alios q̃ ꝑ me essent: et postea meipm antecz postulare: hec me omia docuisti: plũbũ trahẽs ⁊ onus grauans ⁊ hostes impellẽtes reiecisti. Quia ꝓcũ in q̃ natus ⁊ ꝓcept⁹ erã: ⁊ dãnationẽ ei⁹ amouisti: ⁊ malignos spũs ne vim aie mee facerent ꝓhibuisti. Christianũ me fecisti vocari de nomie tuo: ꝑ q̃ ⁊ ego ꝓfiteor ⁊ tu cognoscis me inter redẽptos tuos ⁊ erexisti et eleuasti me ad noticiã ⁊ amorẽ tuũ: fecisti me cõfidere de salute anime mee pro q̃ dedisti animã tuam. ⁊ mihi si te sequerer promisisti gliam tuam. Et ecce cũ nondũ sequar te sicut cõsuluisti: sed insup multa peccata fecerim q̃ tu ꝓhibuisti: adhuc expectas vt te seqr ⁊ dones q̃ ꝑmisisti.

De gratijs agendis sup his. La. VII.

Confidera anima mea: intendite omnia intima mea quantũ illi debeat substantia mea tota. Certe dñe q̃ me fecisti: debeo amori tuo meipm totũ: quia me redemisti: debeo meipm totũ: quia tantũ promittis: debeo meipsum totũ: iuno tantũ debeo amori tuo plus q̃z meipsũ: quãtũ tu es maior me ꝑ quo dedisti teipm: et cui ꝑmittis teipm. Fac ꝓcor dñe me gustare ꝑ amorẽ quod gusto ꝑ cognitionẽ. Sentiã ꝑ affectũ q̃ sentio ꝑ intellectũ: plus debeo q̃z meipz totũ sed nec plus habeo: nec hocipsũ possuz ꝑ me reddere totũ. Trahe me dñe in amorẽ tuum et hocipsũ totũ. Totũ q̃ sum tuũ est ꝓditione: fac totũ tuũ dilectiõe. Ecce dñe coram te est cor meũ: conatur. sed per se non potest: fac tu quod ipsum nõ potest. Admitte me intra cubiculũ amoris tui. peto quero. pulso. Qui me facis petere: fac ⁊ accepere. Das querere: da inuenire. Doces pulsare: Aperi pulsanti. Qui das si negas petenti? Quiõ inuenit. si querẽs frustratur? Qui aperis. si pulsanti claudis?

De passione domini

Quid das nō orānti: si amorē tuū negas orānti? A te habeo desiderare: a te habeā impetrare. Adhere illi: adhere īportune anima mea Bone dñe: pie dñe ne reijcias eā: fame a uiorē tuū lāguet: refocilla eā: sa- tiet eā dilectio tua: ipinguet eā affect⁹ tu⁹ impleat eaz amor tu⁹: occupet me totū et possideat me totū. qz tu es cū pīe z spūsā cto deus solus benedictus in secula secu lorum: Amen.

Beati Anselmi liber de meditatiōe ere dempcionis generis hūani explicit.

Eiusdem beati Anselmi: dyalogus de passione domini incipit.

A **Beatus Anselm'** b epūs longo tpe iciunijs: lacri mis et orōnib⁹ gl'iosam virgi nē exorabat: vt ei dilecti filij sui passionē dignaret pfect⁹ ruelare. Cui tandē apparēs btā ꝗ̄go dicebat: Tanta et talia passus ē me⁹ filius pdilect⁹ qō null⁹ fidelis sine lacrimaz effusiōe pt exprimere Tamē qz glorificata sum: ampli⁹ flere nō possum: et ad pces tuas z p salute m'tor tibi passionē mei filij p ordinē explicabo B tūs ꝗ̄ Anselmus q̄ fuit p singula: z btā virgo ad singula rñdebat. A Dic mi hi charissima dña. q̄ le fuit initiū passiōis filij tui? D Quādo fili⁹ me⁹ a cena facta cū discipul' suis surtexit: Judas scarioth sacerdotū pncipes adijt z filiū meū tradēs: p triginta argēteis vēdidit. A Quales fuerūt illi denarij? D Hi⁹ maclituci: q̄bus z Joseph vendit⁹ fuit aī multos ānos: z hereditaria successiō e fuerāt devoluti ad illos iudeos q̄ filiū meuz emerūt: z vnusq̄sq̄z denari⁹ valebat trigi ta vsuales: Judas ꝗ̄o tā auar⁹ fuit q̄ qñ dēarios vidit xp̄z p eis tradidit. z lz xp̄s ei pdixisset sepi⁹: tñ ille Judas p b̄ ñ fuerat eme dat⁹ A Fuisti rūc cū filio tuo z discipulis ei⁹? D Flom: lz scias qñ filius me⁹ cenauerat: z qñ pedes discipl'o rum lauerat: z corp⁹ suū z sanguinē suū di scipulis dederat z dulciter pdicauerat: at Judas pōtifices adierat: fili⁹ me⁹ de mōte syon cū discipulis suis p portā ad natato riū siloe vbi erat hortus: quē introiuit: et discipul' dormiētib⁹ ascēdit ad mōtis oli ueti pedem: q̄tū ad iactū lapidis a disci pulis z orauit sic patrē: Exaudi me dñe: qñ benigna est mia tua scōm m'titudiez miserationū tuaz respice i me Ne auerta s faciē tuā a puero tuo: qñ tribuloz velocit exaudi me: Intēde aīe mee z liba eā ꝓter inimicos meos eripe me. A Quare orauit? D Propter tres rōnes. Pri ma qz delicate nutrit⁹ fuit: vtp ote fili⁹ vir ginis z de stirpe rēgia nat⁹: qz nobiles ma gis dolēt q̄ ignobiles. Scōa qz tāta an gustia eū uasit: q̄ guttas sanguineas su dauit de toto corpe: qz de⁹ fuit: z iō oia q̄ pati debuit pscivit: vicz p spuionē: blas phemias: flagellatōz: crucifixiōz z hmōi. Tertia: qz pscivit q̄ iudei nō. deberent ei misereri. Et qñ sic orauit: Pr̄ si possibile ē trāseat a me calix iste: verūtñ nō mea vo lūtas sed tua fiat: angel⁹ dñi appuit ei cō fortās eū dicens: Constans esto dñe: mō gen⁹ hūanū debes redimere. Post h̄ fili⁹ me⁹ ad discipulos redijt: eosq̄z dormiētes inuenit. q̄bz z dixit: Nō potuistis vna ho ra vigilare mecū? Dicēs etiā: Ecce appro pinq̄t q̄ me tradet: z ecce iudas vēit cum turba iudeoz magna: dicitq̄z iudeis. Duo itaq̄z pares sunt. s. Jacob z Jesus: vñ do vob signū: Quēcūq̄z osculat⁹ fuero: ipe ē tenete eū. Et cū iudas accederet cū turba pcessit iesus ad eos dicēs. Quē q̄rit? Qui rñderūt: Jesuz nazarenū. Quib⁹ ibs: ego sum Et cū dixisset: ego sum: oēs ceciderūt retrorsum. Itez dixit iesus: Si me q̄rit? sinite hos abire: vt scptura īpleat: Quia quos dedisti mihi: ñ pdidi ex eis quem q̄z Tunc iudas osculabat eum. Cui dixit ie sus: Juda osculo tradis filium hominis At illi iniecerunt manus in Jesum et te nuerunt eum. Tunc petrus eduxit gladi um et percussit seruū principis sacerdotū qui vocabatur malchus. A Contigit ibi aliqnod miraculū. D Filius meus applicuit sibi seruum: et curauit auriculam eius: et dixit petro: Mitte

psl.xviij.

B

matt.xvj.

Ibidem:

Jo.xviij

mat.xxvj gladiū tuum in vaginā: Omis enī q̃ accepit gladiū: gladio pibit: An putas q̃ ñ possum rogare pr̃em meū ⁊ exhibebit mihi plus q̃ duodecī legiones angelor. Tunc oēs discipuli relicto eo fugierūt. A Die pr̃ssima dña fuisti tūc cū illo? D Nō. A Quare cū eū tm̃ diligeres? D Nor instabat ⁊ nō expediebat vt mlieres tūc foris iucnirent. A Ubi g̃ dulcissima fuisti tūc? D Fui i domo sororis mee: mr̃is iohānis euāgeliste. A Quomō g̃ vel a q̃ nunciatū tibi fuit factū hmōi? D Audi nūc qd multū est lamentabile. Cecerūt discipuli currentes et lacrimabilr̃ clamantes: O charissima dña: dilectus filius tuus mgr̃ nr̃ captus ē: et nescim̃ q̃ ducat vel q̃d fiat ei. A Fleuisti tunc dña? D Licet scirem q̃ genus hūanū redimere deberet. tm̃ ꝓpt̃ maternū affectū: doloris gladius aiaz meā ptrāsiuit. A Quo tūc fuit ductus filius tuus dilectus? D De horto p̃dicto p valle ioſaphat in ciuitatē: ⁊ ducebat in palaciū scribar ⁊ pontificū ⁊ phariseor iuxta templū in domū anne: et q̃siuit annas de doctrīa eius ⁊ discipulis. At ille rñdit Ego palā locutus sum mūdo: ego sp̃ docui in synagoga in tēplo vbi oēs iudei cōueniūt: ⁊ in occulto locutus suz nihil: q̃d me interrogas: Tunc assistens vnus mīstror dabat ei alapā inexpte crudelitatis dicens. Sic rñdes pōtifici? Filius ātem vt agnus māsuetus rñdit ei: Si male locutus suz testimoniū phibe de malo. si āt bū: q̃d me cedis? Tunc liganerūt oculos ei tanq̃ furi: Qd tm̃ nulli fit nisi pri cōdēnet. Et illuserūt ei tota nocte spuētes in faciē suā. et pcutiētes eū dixerūt Prophetiza nobis quis est q̃ te pcussit? Johes ꝓo existēs intus q̃ nor erat pontifici: introduxit petr̃ Quē videns ostiaria dixit: Tu es ex discipulis hois isti. Petr ꝓo ter negauit cū iuramēto q̃ nunq̃ eū vidisset neq̃ nouisset Et statim gall cantauit. Et ꝓuersus ihs respexit petrū: et recordat ē petr ꝓbi dñi qd̃ dixerat ei: Quia pri q̃ gallus cantet ter me negabis. Et egressus petrus fleuit amare. A Ubi fuisti charissima dña cū hec fierent? D Statim cū discipuli mihi dixissent q̃ fcā fuerāt: omīa ossa mea ꝓtremuerūt. surgēsq̃ cucurri cū in maria magdalēa iuxta templū: audiēsq̃ tumultū: volui intrare: sz nō fui pmissa: vñ stabā forſplorās ⁊ clamās: Heu dilecte filii mi: lumē oculor meor q̃s dabit capiti meo aquā ⁊ oculis meis fontē lacrimar: vt plangā infectū filij mei. Maria g̃ magdalena circuibat vndiq̃: et introspiciēs per fenestras ⁊ audiens negationē petri: cōmota ē in totis visceribꝫ p desolatione vnici filij mei: eo q̃ ꝓuceps discipulor eū negasset: ⁊ dixit: O iesu bone: q̃ lē finē sortitus es: vel q̃d fiet de te: cū iste princeps discipulor te negauerit? O iesu nō te negabo in etnū. Ego aute stabā plēa dolore audiēs oēs illusiōes ⁊ ꝓtumelias q̃s filio meo dilecto inferebant: ⁊ petr̃ negantē ⁊ oia q̃ tota nocte ibi fiebāt. Cuz g̃ petr̃ eū tertio negasset: filiusq̃ me eū respexisset: et ꝓpt̃ quod eū negauerat fleuisset amare: egressus foras inuenit nos foris stantes: cui cū dolore dixi: Petre petre q̃d agitur cū iesu? Qui clamās ⁊ eiulans lacrimosa voce rñdit: Heu charissima dña ab sq̃ misericordia tractat ⁊ crucīat vsq̃ ad mortē Et currēs abscondit se pre timore in lapide q̃ vocat gallicant: ⁊ non coparuit donec iesus mortu fuit in cruce. A Dic dña charissima q̃d fecisti cū hoc audires D Gladius symeonis ꝓtransiuit aiam meā. A Quid factū fuit p hec. D Mane facto eduxerūt eū de domo anne: et duxerūt eū ad Cayphā ꝓncipē sacerdotum. Tunc ꝓmo postq̃ capt fuerat vidi eū: ⁊ accurrens q̃si leena raptis fetib vidēbā illam desiderabilē faciē sputis iudeorum maculatā dicens lacrimādo: Heu dilectissime fili: q̃ miserabilit te mō video que totiēs tuo dulcissimo aspectu gaudebam. Et volēs illū amplecti ñ fui pmissa accedere sed trusa a iudeis huc ⁊ illuc: cōtumeliose suz amota: et ꝓpl's vndiq̃ ꝓcurrebat: sicut q̃ñ fures ⁊ latrones ꝓdēnant. A Habuisti tunc aliquaz spem q̃ liber-

De passione domini

